Alia intētio est infrigidatio ⁊ humectatio simul: ad quā intētōez tertia narijs dam⁹ kist hordei vel hordeū mundatū ac etiā fruct⁹ ⁊ olera ꝑdictos. ¶ Attēde ꝙ galienus libro de febrib⁹ ad glauconē capō. 14. aliā dietā tertianarijs ordiat cōsuetis laute ⁊ in cōmessatōibus viuere: aliā sobrijs ⁊ in victu modestis. Ait em̄ ibi. Cibaria vo quecūq; iā hūectant ⁊ ifrigidāt omia profica sunt certis tertianarijs: ꝙtitas vo tanta sit ꝙtum bene digerere possūt. Olerū vero atriplex blitum ⁊ scariola ⁊ malua ⁊ portulaca ⁊ lactuca et cucurbita. Granoz vero ptisane succus ⁊ q̄ per candarusum. i. triticum romanū sorbitōnes. Et pisciū q̄dez petrini. Et volatiliū que mollia carnib⁹: ⁊ volatiliū ale ac etiā gallorum testiculos dare. Et porcoz pedes ⁊ cerebella paruoz. Verum ⁊ si de rostris. i. de grunis porcoz dederis nihil peccabis. Oz ⁊ oua cōcede sorbilia: ⁊ maxime vitella. Facilius em̄ hec digerunt albo. Et pomorū etiā ocede gustare q̄ non oīno difficile digestibilia sunt. Prohibe vero a melle ⁊ sinapi ⁊ salsis ⁊ acribus oibus. i. acutis: ⁊ vinis veterib⁹ sufficiēter ⁊ a quibuscūq; natura calidis. Hec q̄dem igit̄ est dieta; coz q̄ in commessatiōibus assueti sunt. Eos vo q̄cunq; nō cōmessant dietandū ē. vt nosti me dictasse quosdā in certa tertiana febre ſm hypocratis ſmonez cū succo ptisane vsq; ad crisim: hec gal. Et auēzoar. 24°. theisir ait. Sit aūt cib⁹ eius pulli parui cū aceto aut cū succo agreste. Rasis vo decimo almās oris sic tertianarios dietare iussit. Cū mane factū fuerit ⁊ sol elevari ceperit ex aqua, hordei magnā ꝙtitatem bibat ⁊ in loco bene q̄eto moretur donec cibus bene digerat: deinde ex olerib⁹ frigidis ⁊ muzagarat: ⁊ sunt cibi boni saporis q̄ sine carne fiūt vt brodiū, lentiū aut pisoz cū aceto in q̄b⁹ est bonus sapor nutriat: ⁊ a cibis in q̄b⁹ est caro abstineat: ⁊ comedat medullā cucumeris ⁊ citruli: ⁊ de succo cucurbite i tēpore suo bibat: ⁊ de succo cucumeris sarraceni. Et sumat in potu, aquaz cū sirupo acetoso ex zuccaro tēperato. Cūq; febris cū dimiserit nec ex ea aliquid in ipo remāserit adhuc eodē regimīe quo pri⁹ post febrē p tres dies erit regēdus: q̄bus trālactis pullina caro aut hedina ē danda. Hec dieta stricta est ⁊ nimis tenuis p̄ gallicis ⁊ p almanis mlto magis qui voraces sunt: q̄b⁹ dare potes a p̄ncipio pomū coctū vel pruna sex damascenica: post aquā pulli vel aquā vituli vel aquā pisoz cuz lactucis ⁊ acedula ⁊ viuto vel hordeatū vl amigdalatū ⁊ alas ac pedes pulli vel q̄dicis: ⁊ vendosias in dieb⁹ pisciū perkas aut soletas vel pedes cācroz siu

aut est infrigidatio ⁊ humectatio simul sicut in kist hordei. Et non vltimes in infrigidatōne multa ⁊ ꝓprie in principio: nisi inuenias inflāmationem vehementē aut timeas conuersionem eius ad causonidem ⁊ continuā. ¶ Dō si cōsequatur crisis et videris digestionem in vrina ⁊ est sedimen laudabile quod cognouisti: tūc si excusat bene est. Et si non cura tūc cū eo quo iuuatur natura ex ꝓuocatione vrine aut solutione vētris aut vomitu aut fluxu sanguis nariuz. Et non agas cōtra ipsam in hoc. Quod si non inuenis inclinationē manifestā tunc euacua cum solutione ventris. Nam de illo est scamonee sexta. 3. 1. cum iuleb. Aut decoctio myrabolanoz cū thamarindis ⁊ teraniabin et passulis ⁊ radicib⁹ ⁊ casia fistula ſm q̄ sciuisti. Et tibi inest vt confortes eas cū fumoterre ⁊ sene ⁊ scamonea.

Jn septima dicit nō vltimes i infrigidatione multa. i. nō (ualiuz. vehemēter ifrigides tertianarios nec cibis aut potibus nec medicinis ⁊ ꝓprie in p̄ncipio febris nisi vehementer inflāmet eger: aut timor assit ne tertiana iterpolata ꝓuertat in causonidē aut tertianā cōtinuā: q⁹ vehemens infrigidatio q̄cūq; fit cā ꝓhibitōis euaporatōis materie ⁊ icrudationis ei⁹ ⁊ oppilatōis maioris ⁊ retardatiōis crisis ⁊ p̄cipue sudoralis. Oz hui⁹ ozīū galien⁹ p̄cipit libro de febrib⁹ ad glauconē cap. 14°. dicens. Certā igit̄ tertianā tāq̄ vticq; a cholera rubea motā fortissime ifrigidare ⁊ humectare oz maxie ⁊ inq̄tū possibile ē. Cōtraria em̄ cōtrarioꝝ curatiōes fiūt subtrahēdo q̄dē q̄ superexcedit: adducēdo vero q̄ deficit. rubee vo cholere humor oīm eoz q̄ in corpe sunt hūoz ficcissim⁹ et calidissim⁹ simul exist̄it. Dic ꝙ cōcordia q̄ ifrigidātia ꝙgelātia sic opiū mandragorā insquiamū papauer nigrū aquā frigidissimā multā intendit hic p̄ceps in tertiana ꝓhibere: neq; suasit talib⁹ galien⁹ vti: ſ lactuca portulaca nenufare ⁊ endiuia ⁊ q̄ de istis fiūt: ⁊ q⁹ in tertiana multo forti⁹ ē ifrigidādū q⁹ fit in febrib⁹ alioz hūoz. Vel dic q⁹ pauciſſime tertianaz pure iueniunt ⁊ i nothis fortiter ifrigidare a p̄ncipio ē suspectū ¶ Dō si ꝙsequat ⁊ c̄. Jn hac ptcula q̄rta p̄cio dat regulas vtes euacuatiōis tertianarioz. Scdo describit secessiua pharmaca ibi [Mā de illo]

Jn p̄ma subparticula dat tres regulas vtes. Pria ē. q⁹ si actis his q̄ dicta sunt de lenitiōe vētris ⁊ ꝓpicia dieta crisis cōsequat et visa in vrina digestio fuerit vt substātie mediocritas ⁊ laudabilis hypostasis quā nouisti ex dictis. ſ. alba ꝙtinua equalis in fūdo residēs: tūc si te excusat perfecta crisis ab artificiali euacuatiōe q⁹ satis p hanc natura euacuat materiā morbi bene est. i. sufficit: sine ergo naturā opari ⁊ quiesce tu fretus hoc hypocratico ꝙsilio ampl̄oz p̄ma. Ea vero quoz crisis fit ⁊ quo

rum facta est equaliter. i. perfecte nō mouere neq; nouū facere neq; pharmacijs neq; alijs ꝓuocationib⁹ vti sz sinere. Scda est. et si nō consequat crisis post signa digestionis vel ꝙsequat sed non cōpleta cura tūc cuz eo quo natura iuuat ad pficiendū crisim: puta cū prouocātib⁹ vrinā si natura declinare faciat materiā febris ad viaz vrine vl cū medicinis solutiuis vētris si, ad fundū stomachi vel intestina declinet materia vel cū vomicis si declinet ad os: vl cū ꝓuocantib⁹ fluxū sanguis nariū si ad cerebruz tēdat. Et breuiter loquēdo imitare naturā ⁊ nō agas cōtra ipam in hoc sz in motu declinatōis materie euacuāde ad cōueniētem regionē. Juxta id hypocratis amphoz pria. Que opz ducere vnde cūq; repit natura inde ducere oz ⁊ p cōueniētes regiones. Et id ē intelligēdū nisi fuerit aliquid q̄ō ꝓhibeat: vt si in intestinis excoriatio fuerit vel in ano vlcera ⁊ natura materiā declinet vsus intestina medicus si pōt declinare hāc debet vl ad exteriora cū sudore vel ad supiora cū vomitu. Et si in pectoralib⁹ aptitudo fuerit ad rupturā vene ⁊ natura inclinet materiā ad os stomachi ⁊ advomitū inclināda est ad fluxū vētris: ne violentia vomit⁹ in pectore venā rūpat ⁊ emoptoice cā fiat. Tertia ē. si non inuenis materiā peccantē declinare magis ad vnā viarū expulsionis q̄ ad aliam tūc eam euacua cuz solutione vētris. q⁹ cholera naturaliter prona est ad hunc euacuatiōis modū: ⁊ ei natura viam istituit a cisti fellis ad intestina ꝓ eis abluēdis ⁊ abstergēdis: nec pōt ad aliam declinare partem vbi pauciora prebeat incōmoda: nisi prope cutem iā fita fuerit ⁊ hinc euaporata cum sudore effluat.

Jn scda ordinat q̄nq; medicinas laxatiuas tertianarijs ad eductionē cholere ꝓpicias. Pria est. R℞. scamonee cocte sextā dragme vni⁹. ſ. grana. 10. terat ⁊ misceat cū. ʒ. ß. iuleb ⁊ detur i potu: ⁊ sit iuleb simplex q̄ō fit ex zuccaro cū aq̄ fontis ⁊ modica aq̄ rosata. ¶ Et tēde p̄cio q⁹ q⁹ tertiana pura ē salua i toto gñe ⁊ sine piculo nō dz in ea de leui exhiberi nisi robustis viris scamonea ꝓpter inimicitiā quā hz cū p̄ncipalib⁹ mēbris. Juxta id auerroys. 7°. colliget. c. 12. Hec febris si fuerit pura tertiana erit secura et absq; piculo: ⁊ scimus certissime q⁹ natura dominiū hēbit sup hūoz hūorē. Et ꝓpter hoc nō debem⁹ cū mouere cū medicinis attractiuis sicut ē scamonea. eo q⁹ rectificando ipam quātūcunq; plus possum⁹ semper principalib⁹ mēbris hz iducere nocumētū ⁊ ꝓpter hoc vtutē debilitat ⁊ auget in caliditatē febris ⁊ in suā siccitatez. Et si aliō non induceret nocumentū nisi conamē surgēdi ⁊ decūbēdi nō modicū inueniretur quia cōplexio supercalefit ⁊ debilitatur. ¶ Attende scdo q⁹ cum in tertianarijs robustis ⁊ vir solubilibus datur scamonea expedit vt reprimat miscendo sibi confortatiua aliqua sicut mastice et repressiua sue caliditatis ⁊ acuminis eius sicut sirupuz nenufarinum ⁊ sirupum de pomis. Juxta id auerroys ibi. Et facta digestiōe si suffecerit tibi myrabolani citrini bene q̄dē. 5 inautē ꝓpina ifirmo kirata duo id ē grana. 8. ex scamonea cū tātūdem mastices ⁊ cū. ʒ. 1. sirupi nenufaris ⁊. ʒ. ß. sirupi maloz. 5 sirupi de nenufare: q⁹ frāgit q̄litates ipi⁹ scamonee p̄mas. ſ. caliditatem ei⁹ ⁊ siccitatē: ⁊ cū ℞ cōfortat sua aromaticitate mēbra p̄ncipalia. Et sirupi pomoz eo q⁹ frāgit suā siccitatē ⁊ remouet nocumentū mēbroz p̄ncipaliū ab ipa. ⁊ mastice q⁹ ꝙfortat ⁊ rēouet nocumētū p̄ncipaliū mēbroz. ⁊ medici iam vſi fuerunt ad occultationē malicie scamonee. Scda ē. R℞. myrabolanoz citrinoz. ʒ. 2. vnaz passarū mūdataz. ℥. 1. radicis liq̄ricie rase ⁊ iciſe. ʒ. 1. et ß. ifūdant in lib. ß. aque fontis mūde ⁊ bullian̄t in ea modicū: deīde colētur cōprimēdo fortiter ⁊ in colatura dissoluant mānc. ʒ. ß. medulle cassiefistule mūdate. ʒ. 1. fiat dosis. Et q⁹ raro hic bonū māna hēm⁹ pone loco ipsi⁹ tm̄ de thamarindis. Tertia ē dicta medicina confortata seu fortificata cū fumoterre sene ⁊ scamonea ꝓ vir⁹ robustis vir labilib⁹ ⁊ idigētib⁹ euacuatōe adustoz hūoz q̄b⁹ subseruiūt sene

UVA. BHSC. IyR_028

ꝛ fumusterre adde igitur in decoctione medicine scō folliculorū sene mūdatoꝝ.ʒ.2.fumi terre.℞.i.ꝛ colature adde dyagredij qō est scamonea cocta mastices añ grana.7.fiat dosis q̄ tepida ō tur.Quarta est.trocisci de spodio solutiui: quos describit ānto huius summa p̄ma trac.8.ca.14.Et q̄ magis extīguūt q̄ soluāt

Et de illis q̄ conueniunt eis iterum sunt trocisci de spodio solutiui. Descriptio.℞.myrabolanorū citrinorū enucleatorum pondus.ʒ.4. ʒuccari tabarzed pōdus.ʒ.20.scamonee pōdus.serte.ʒ.1.bibatur cū aqua frigida.¶Et post illud curentur cum puocatiōe.Et si fuerint illic caliditas superflua et inflāmatio maxima: et

potes fortifi-
care suam viz
solutiuā addē
do cuilibz horuz diagredij
dragagāti añ.
grana.4.ꝛ da
duos ex his p
una dosi disso
lutos i.ʒ.ʃ.seri caprini vel aq̄
hordei vel aq̄
pisoꝝ.Quita
ē.℞.myrabolanoꝝ citrinorū enucleatoꝝ.ʒ.4.ʒuccari tabarzed.i.albissimi.ʒ.20.scamonee grana.10.dissoluantur in.ʒ.ʃ.aq̄ frigide ꝛ bibātur Adde p correctiuo scamonee mastices grana.10.¶Attende primo q̄ reubarbarū est pharmacū valde vtile inter attractiua ad euacuatiōē cholere tertianarū.De q̄ dicit mesue ca.de eo q̄ solutione educit cholerā: ꝛ nō est in eo nocumentū apparēs: ꝛ dat in omni tpe ꝛ in oī etate: ita q̄ etiam pueris ꝛ pregnantibus.Et auerroys.7.colliget capko ō cura tertiane pure ait.Et reubarbarum etiā in hoc loco optimū existit: qm̄ reprimēdo nocumentuz predictoꝝ larat.Detur g̃ de eo potio talis.℞.reubarbari electi ʒ.2.spice nardi.ʒ.1.cōquassenk ꝛ temperenk p q̄ttuor horas in aq̄ endiuie cū vno puulo cocleari vini albi: postea fortissime p stamine exprime in.ʒ.4.seri caprini ꝛ fiat dosis q̄ dulcorek si vis cuz zuccaro.¶Attende scōdo q̄ medici plures volentes laxare tertianarios cū medicinis diagredialib⁹ potius eligūt dare fermentatas in cōpositione q̄ recenter editas estimātes q̄ diagredium seu scamonea ꝓcessu tpis melius corrigit.ꝛ illud verū est.Sz sepe cōtingit in medicina cōposita vt in diapruno laratiuo vel i electuario de succo rosarū q̄ ptes ipsi⁹ multū diffozmiter scamoneā capiunt vna plus alia minus: ꝛ inde ꝺtingit q̄ si des vt moris est tertianarijs p vna dosi.ʒ.2.electuarij de succo rosarū dissoluti in.ʒ.4.seri caprini vel.ʒ.3.diapruno sibi dissoluti inuenies q̄ncq̄ laratiōē supfluam q̄ncq̄ modicā ꝛ q̄si nullam.Itē q̄ncq̄ puluis stamonee electuarijs impositꝰ vitur.His de causis tutiꝰ estimo cuilibet dosi tm̄ scamouee cocte ꝛ correcte p hora apponere q̄tuz volumus vt ipa colligat.Itē plus q̄rimus laratiōē a forma simpliciū q̄ a forma mixti q̄ fortioꝝ est i mixto recenti q̄ in fermētato.¶Attēde tertio q̄ rasis alijs largioꝝ fuit i dosi scamonee.ꝓnceps em̄ solū grana.10.p dosi vna attribuit: auerroys.8.rasis.vo ſ.ait em̄.10.almansoris cap̄.de cura tertiane.Scamonee q̄ recentis anthiocene ꝛ bone quartā dragme vnius in tāta q̄titate iuleb ꝛ aque q̄ semel sorberi possit dissoluak ꝛ ad bibendū tribuatur donec vehement soluatur.Cum em̄ hoc factū fuerit aut febris nullo modo accidet aut parumper alleuiabitur.

¶Et post illud.In hac pticula quinta dicit p̄mo q̄ tertianarij post solutiōē ventris cū aliquo dictoꝝ aut consilium pharmacorum curari ꝺz cum ꝓuocatinis vine ꝛ sudoris.Iuē id gal⁹.libro de febribus ad glauconem capko.14.Cōcedere igitur oportet eū qui ad ventrē fluit humorem euacuari per vomitū: illum vero q̄ desubtus subducitur eodē modo p eam q̄ desubtus excretionez hoc em̄ ꝛ spōtanee fit in certis tertianis: ꝛ vinis aūt ꝛ sudoribus opz deduci.bone em̄ sunt ꝛ que p hec cholere purgationes.Sed ventrē quidē mollib⁹ clisterisationib⁹ euacuare: ꝛ vinas ꝓuocare apij ꝛ aneti potatōib⁹ infundēdo.Et si tibi signa digestionis apparcant secure etiā de absinthio dare.hoc em̄ est maxime curatio stomachi p mordicationē molestati: ꝛ maxime si extremitatis eius accipiēs q̄tum est sufficiēs infuderis mellicrato.hec galien⁹ Sed q̄ apium ꝛ anetū ꝛ absinthiū p que galien⁹ prouocare iubet sudorem ꝛ vinā sunt calida ꝛ sicca febrē augmentātia ꝓuidēdum est vt in horꝝ decoctōe si ex eis modicū ꝛ ex aqua plurimū: vt aque frigiditas horum calorē q̄tum decet reprimat.Vel ad prouocandū frigida exhibeas que ꝛ febrem reprimāt ꝛ vinā prouocent sicut istud.℞.seminū melonū cucumeris cucurbite ꝛ citruli añ.ʒ.i.terantur ꝛ distēperenk cū.ʒ.ʃ.aque alkekengi.ꝛ exprime fortiter ꝛ da mane in potu.Scōdo dicit q̄ nō est malū dare tertianarijs aliquid de extinguētib⁹ fortibus prius dictis in regimine acute febris postq̄ fuerint euacuati si in eis fuerit excedens caliditas ꝛ inflāmatio maxima: quatinus tollatur ardor ille maximus: ꝛ phibeatur conuersio ipsius ad causonicā febrē ex humoꝝ incensione vel ad ethicā febrez ex mēbroꝝ ariditate

iam euacuaueris eum non erit maluz dare in potu aliquid de extinguētibus fortib⁹ de illis que dicta sunt in regimine acute. Et fortasse conferūt ei emplastra ex eis. ¶Balneo vo oportet ne approximet nisi post digestionem. Post digestionem autem ꝛ apud declinationem est ipsuz melioꝝ curatio eis: ꝛ ppria ꝓsuetis.

Ꝺodos vo ertictionis nos docuit princeps cap̄.decimo tractatus p̄sentis diecs Ꝺodi extinctionis vehemētie caliditatis sunt cū infrigidatiōe aeris: ꝛ cū ifrigidatione cibi: ꝛ cū epithymatibus: ꝛ ēplastris ꝛ cū medicinis verbi gra.℞.semínuz lactuce portulace papaueris albi añ.ʒ.1.ꝛ ℈.tere ꝛ distempera cū aquarū lactuce portulace ꝛ nenufaris ana.ʒ.2.Deinde cola ꝛ fortiter exprime ꝛ da frigiduz bibere.vel.℞.succi lactuce muscilaginis psilij añ.ʒ.1.aque endiuie.ʒ.2.succi portulace.ʒ.℈.misceank ꝛ da in potu.Vel da in esuz egro lactucas crudas ꝛ portulacā cum aceto limphato: vel clisterisa cū cum succis et aq̄s ꝛ oleis frigidis fm hanc formā.℞.succi portulace ꝛ semp̄uiue añ.ʒ.1.olei de papauere.ʒ.2.muscilaginis psilij.ʒ.10.aque lactuce lib.1.fiat clistere q̄ tepidū inj̄ciatur.Tertio dicit q̄ fortasse ꝺferūt tertianario emplastra ex eis.s.fortib⁹ extinguētib⁹: vt tale emplastrū.℞.seminum lactuce endiuie portulace papaueris albi sandaloꝝ oim añ.ʒ.2.tere et incorpora cuz oleo de papauere ꝛ cere añ.ʒ.2.ꝛ fiat emplastrū supra pānum extensuz: vt supra alutā latitudinis trīū digitoꝝ ꝛ longitudinis.7 ꝛ epati tepidū supponak: vel fiat quadratū ꝛ supponatur regioni cordis.Aliud.℞.spodij rasure eboris seminis endiuie rosaꝝ rubearū sandaloꝝ citrinoꝝ añ.ʒ.1.terank est i corpozētur cū olei nenufariui cere añ ʒ.2.fiat emplastrū q̄ extendak vt prius: ꝛ sub emplastris intellige epithymata q̄ rasis cōmendat.10.almansoris cap̄.de cura tertiane dicēs. Epati preterea in nocte.s.cū venter a cibo vacuus est pānus a sandalis ꝛ aqua rosata infusus est supponendus.Et nos ꝺsueimus aque rosate duplum sui addere ex aqua endiuie in hoc epithymate.

¶Balneo vo.In hac pticula sexta dat.8.rkas sup vsu balnei in tertiana pura.Prima ē.tertianarius nō est balneand⁹ seu balneo approximādus nisi post digestionē materie febris ꝛ post digestionē cibi p̄assumpti.Quia balneū ante digestionē materie febris cholerā quietā ebullire facit: ꝛ ipaz multiplicat: ꝛ putredini apparat ꝛ putredinē eius introductam augmentat.Et añ digestionē cibi balneatio facta cibū indigestum penetrare facit oppilatiōes venarū introducēs.¶Attēde q̄ rak 10.almanso.in tertiana toto suo tpe ꝛ adhuc post ipaz p aliquot dies balneū ꝓhibet.Nam postq̄ iuerit carnes pulli ꝛ hedi p tres dies post dimissionē febris infirmo dari statim subiūxit.Interim tn̄ a balneo ꝛ sole ꝛ vento est abstinēdus.Et dieb⁹ meis nō recolo vidisse veteres medicos parisiēses cuiq̄ tertianario ꝺcessisse balneū nec acrēū siccū nec hūidum aqueū: quos imitatus nemini ꝺcessi dieb⁹ meis tertianā habēti. Tum q̄ vidi se balneantes ex capite suo peius hīe: tum q̄ raro gēs isti us terre sufficienter se purgari p̄mittit: tuz q̄ prona est ad oppilatōes quas balneū augmentat ꝛ tertiana eius rarissime pura est. Secunda est.melioꝝ curatio tertianarijs post digestionem materie febris ꝛ apud ipsius declinationem est balneū ꝛ precipue illis q̄ frequenter balneis vti consueuerunt.Nam corpus humectat q̄ō febris siccauit: sudorem prouocat: choleram resoluit: fuligines incēsas quibus corpus estuat p poros educit.Iuxta id galieni libro de febribus ad glauconem capitulo de cura tertiane vere.Eos vero qui amant balneū nec̄ si bis balneaueris in die peccabis: sed in tempore maxime memoꝝ eris.Si vero digestionis signa apparcant ꝛ si multotiens balneaueris non vtiq̄ peccabis.¶Attende q̄ balnea magis propicia tertianarijs sunt balnea calida mediocriter dulcis aq̄ ꝛ potabilis.Iuxta id galieni ibi.Balnea vero calida quidē p aquā potabilē: tum q̄ euacuāt educendo cholerā: tum vero ꝛ qualitate maxime cōferunt.Humectant em̄ ꝛ infrigidant fm virtutem primā quecunq̄ sunt huius balnea.Marina vo ꝛ salsa ꝛ nitrosa ꝛ sulphurea plus quidē euacuant de cholera: multo vo minꝰ iuuant potabilibus.Melius autem est dicere nec iuuare ipsa magis ledentia qualitatibus q̄ iuuatiua euacuationibus.Ait verovidi quendam praua cogitatione talibus vti balneis suasum deinde defunctuz in habitu corporis in tantūq̄ consumptum vt tabidus moreretur. hec

UVA. BHSC. IyR_028

galienus. Tertia regaula est.error intromittendi tertianarios in balneum ante digestionē materie febris est saluior. i. minus nocēs q̄ similis error in alijs febribus vt in meliicis ⁊ quotidianis. Primo q̄ cholera indigesta patior est cū sudore educi ꝓpter sui subtilitatē q̄ melācholia vel phlegma viscosum. Scōo q̄ tertianarij nō sunt ita apti ad oppilatiōes ꝓpter balneum sicut quartanarij et q̄tidianarij Tertio q̄ si cholera mota p balneū faciat oppilationes nō sunt ita fixe neq; ita fortes sicut he q̄ fiunt ex humoribus alijs. ¶ Attende q̄ aliqui reputauerūt nō esse errorem: sed opus rectū balneare tertianarios ante digestionē. Et sup hoc rasis. 17. totius continētis allegat glauconē dicentē. Conce de balneū ly ante digestionē sit in febre tertiana pura: ⁊ si fuerit de ꝓsuetudie vtatur co bis: q̄ dissoluitur materia abundans de cute: nec infert oppilatiōes cuz materia sit tenuis.

Quāuis error in intromittēdo eos in balneū ante digestionē saluior est q̄ suū simile in alijs. Et opz vt sit balneuz eoz temperatū boni aeris qui sit hnmidus: in quo sudent cuz facilitate: ita vt non inflāmentur eorum corda. Et inungank cū oleo violato ⁊ rosato cōquassato cū aqua. Et nō prolongent in eo moram: imo egrediantur velociter: nam iteratio ē eis cōuenientior q̄ stationis prolongatio. Et si apud exitū infundantur in aqua tepida stent in ea fm quātitatem delectationis. Deinde cū egrediuntur tūc cōuenit eis vt bibant vinum albū subtile multa cōmixtione pmixtū. Et coopiantur in locis suis sudabunt em sudore vehementi: ⁊ si quid residuuz fuerit digeretur. ¶ Et post illud cibentur in frigidātibus ⁊ humectantibus ⁊ oleribus q̄ sunt illius modi. Et nō timeas post declinationem potare eos vino plurimo cōmixto. Fractū em vinum per commixtionē cōfert eis ⁊ quātitati residui eius in resoluēdo illud cuius necessaria est resolutio: ⁊ succurrit aq̄ penetrāti cū fortitudie sua ꝓpmixtione ei⁹ qd ē in eo d calefactiōe pauca: quare ifrigidat vehemēter ⁊ hūectat

Et si fuerint illic accidentia sitis ⁊ doloris capitis ⁊ vigiliarū ⁊ alioruz iam tibi preteriit eoz cura. Et quā do post crisim remanet aliquid caloris inseparabilis tunc tibi superest vt administres sirupum acetosum cū succis diureticis: aut in quo decocta sunt semina ⁊ radices diuritice.

¶ Et post illud. In hac practica septima primo agit de cibis tertianariorū post balneum ⁊ in declinatiōe. Secundo de potu ibi [Et non timeas] Tertō de cura accidētium ibi [Et si fuerit] Quarto de cura adherentis caloris relicti post crisim ibi [Et qñ post].

In pria sub practica dicit q̄ tert anarij post balneum ⁊ sudores cibarijs cibentur i frigidatiuis, ⁊ humectatiuis vt aq̄s pulloz puretis pisoz lacte amigdalaz hoz deo mundato ⁊ oleribz talibus vt lactucis atriplicib⁹ spinachijs

In scōa dicit q̄ nō ē timē (bletis: q̄ ptraria cōtrarijs curank. dū dare vinū plurimū cōmixtū his infirmis post declinationem paroxismi febris digesta mā ⁊ iā euacuata vel in declinatōne vltre quietis. Quia tūc his ofert ꝑmo resoluēdo q̄titatē illā residui cholere cui⁹ resolutio necessaria ē. Scōo succurrēdo aq̄ penetrāti. i. coadiuuādo cū fortitudine sue penetratōis ⁊ pmixtione pauce sue caliditat vt aq̄ velociꝰ ⁊ pfundius penetret: ārevehemētius extiguit febrē. Tertio q̄ vinū subtile debile aq̄sum fortiter limphatū vehemētis ē infrigidatiōis ⁊ humectatōis. Juxt id galibzo de febrib⁹ ad glauconē ca. 14. De vino aūt anteq̄ digerat egritudo oīno prohibe. Jncipiente vero digeri tenuer aquosum ⁊ modicum in primis dare: ꝓpe vero solutionē iaz plus. Et si auctores isti in declinatiōe tertiane pure vinū concedant ⁊ galien⁹ inchoante digestione: nos ipm merito cōcedere possum⁹ in tertianis que currūt apud nos: nō solum in hora declinatōis: sed p̄ncipij etiā ⁊ augmenti febris p̄cipue de subtilibus aquosis ⁊ debilioribus q̄ hic inueniūtur: cū sint multo debiliora debilib⁹ aquosis apud eos inuentis: ⁊ tertiane nostre sint multū inpure: ⁊ dicta vina manifeste declinēt ad frigiditatē plusq̄ ad calorē ⁊ infrigident sanos ⁊ vtentes eis assidue dicūt se sentire stomachos suos crudos ⁊ idigestos: ⁊ linguā ⁊ os hñt aq̄sas humidas ⁊ saliue plurime. Et talia sunt vina brabātie ⁊ basse picardie circa ambianis ⁊ citra ripariā seu fluuiū somme ꝓpe cameracum intra duacum ⁊ intra tornacū: que nullo tpe febris ꝓhibēda sunt, ꝓpter caliditatē in eis reptam. Sz aliq̄ ex eis reiciunk: q̄ de facili pēdula fiūt vl cozrūpunk ex impfecta hoz digestōe vel viridia sē dura ⁊ pōtica guttur offendētia ⁊ pectoralia ⁊ q̄dāmō vias oppilantia.

In tertia dicit q̄ si tertianarijs assint accidētia sitis ⁊ doloris capitis: ⁊ vigiliaz ⁊ alioz sicut fluxus vētris casus appetit⁹ cuius q̄ hoz cura supius dcā est in isto tractatu ⁊ cap. sibi appropato

In quarta dicit q̄ qñ post crisim tertiane pure remanet aliqd fixi caloris ⁊ insepabilis: tunc tibi supest seu agendū remanet vt administres tuo patienti mane in ieiuno sirupum acetosum cuz aliquibus succis diureticis fm hanc formam. ℞. sirupi acetosi clari subtilis in forma iuleb. ʒ. quattuoz succoz cicoree et endiuie vel alkeken gi añ. ʒ. f. misce ⁊ da bibere. Et si dulcorare velis adde zuccari candi puluerisati vnciam semis. Aut da egro bibere sirupum acetosum in quo decocte sunt semina et radices fm hunc modum. ℞ Recipe seminum melonum cucumeris cu-

UVA. BHSC. IyR_028

curbiter citruli conquassatoꝝ añ.ʒ.i.radicum cicorec bruscir spa
ragi añ.ʒ.2.decoquātur i lib.i.sirupi acetosi nō ispissati:deide co
lentur emulgendo fortiter ⁊ da de eo quaꝫ vice mane in potu.ʒ.
ñqꝫ. ¶ Attende ꝓio ꝙ post crisim tertiane pure qñꝫ remanet
aliqua in mēbris inseparabilis,calliditas ꝓpter residuum chole
re non educte
in crisi:⁊ i hoc
casu plurimuz
vtilis est firu-
pus acetosus
modis preta-
ctis vt rediuū
cholere per vri
naz educat vel
per sudorem.
Aliquādo vo
hec iseparabil'
calliditas fma
net propter in
pressionē quā
in mēbra soli-
da fecit ardor
cholere:⁊ ē vt
initium ethi-
ce febris. Et i
isto casu plus
valent sirupi
frigidi ⁊ humi
di fine aceto facti sicut violatus ⁊ nenupharin⁹. ¶ Attende scdo
ꝙ ad tollendū dictum calorē relictū post crisim ⁊ ad ꝛfortandus
virtutes infirmi nō modicū cōferunt electuaria frigida ⁊ hūida
de cordialibus ⁊ epaticis:quale est istud. ℞. seminū melonū cu-
cumeris cucurbite ⁊ citruli mūdatoꝝ añ.ʒ.2.seminū endiuie ⁊ la
ctuce añ.ʒ.i.oim sandaloꝝ añ.ʒ.ß.rasure eboris rosarū rubearum
añ.ℨ.2.incorporentur cū cōseruaꝝ nenufaris violarū ⁊ rosaꝝ añ.
ʒ.ß.fiat electuariū in pixide.Aliud in forma suffusi seu pulueris.
℞.rasure eboris seminis endiuie rosaꝝ rubeaꝝ siccarū spodij añ
ʒ.i.liquiricie rase.ʒ.2.diadragaganti frigidi.ʒ.ʒ.succari rosati.ʒ.i.
terantur subtiliter ⁊ fiat pulus.Aliud.℞.margaritarū offis ō
corde cerui granatoꝝ ⁊ facinorū serici crudi añ.ℨ.i.semis endi
uie rosarum rubearū siccarū añ.ʒ.i.ambre grisie grana sex terant
subtilissime ⁊ cū lib.ß.succari dissoluti in aq̄ rosarū pura fiat ele
ctuarium p lozengias deauratas vndiꝫ auro finissimo.

b Et scias ꝙ cura. In pte hac secūda principali capli istius di-
cit ꝑ° ꝙ cura tertiane ꝛtinue ē eadē cū cura tertiane interpolate.
Quia sicut in interpolata cōuenit lenitio ventris ⁊ digestio ma
terie peccantis cū sirupo acetoso ⁊ subtilis dieta frigida ⁊ humi
da ⁊ euacuatio materie ꝓptem sue declinatōis ⁊ extinctio calidi
tatis extranee:sic in ꝛtinua.Et vtriuſꝫ materia seu cā cōiūcta ē
eadem videlz cholera putrescēs ⁊ inflāmata calore extraneo.Sz
qz in cō tinua copiosior est ⁊ inflāmatio:r incessanter putrescēs cu
ratio ipsius declinatioꝛ esse dz ⁊ maioris attentōis ad obseruatio-
nem.8.rerum.Prima est dispositio digestōis faciens ℓ cessare pu-
tredinē.Nam putredo q̄ in venis est paulatine serpit ⁊ per eas
dilatatur ⁊ fuligines multas cordi transmittit:q̄bus antiatur:
virꝫ resoluitur.Putredo vo q̄ fit extra venas facile resoluitur ꝓ
poꝛos carnis sine digestiuo vel auxilio cuius.Scda est in frigida-
tio fortioꝛ ⁊ diligentioꝛ per sirupū acetosum factū cū seminib⁹ in
eo contritis ⁊ ꝓprie cū seminib⁹ endiuie ⁊ citruli fm hunc modū
℞.seminū endiuie ⁊ cicorialia añ.ʒ.2.terantur in.ʒ.6.sirupi acetosi
clari ⁊ aquosi:deinde coletur ⁊ bibatur vice vnica:⁊ in fimo dei
per duas horas post aqua hordei in potu parū hordei hñs. Ter-
tia est subtiliatio cibi maioꝛ ꝓpter brecitatē egritudinis ꝓpin-
quitatē status ꝛo effectum rei e quietis.Quarta est administra-
tio clisterium leniū in principio magis assidue:ne fœt udine calo
ris interioꝛ feces sq̄ibal cetur aut effument sursum:ſz subduca
tur ⁊ per inferius calor euētetur.Quinta est vrine ꝙuocatio ma
ioꝛ:vt assidue aliquid cholere a venis q̄ in eis abundat cuz vrina
efluat:q̄ fit idonee p aquas alkekengi ⁊ cicoree.Sexta est ꝙ ꝛo
vt subtilient.Et hoc multiplicit̄er exponi pōt.Uno mō sic.opz
tet vt ꝙuocatiua vrine subtilient cholerā vt per eius infractis
qui multū stricti sunt transire possit.Alio mō sic.opz vt partiētes
subtilient amplius suam dietam in ꝛtinua ꝙ in interpolata ⁊

fic esset repetitio huius:⁊ ad subtiliationē cibi.Alio mō sic. opz vt sub
lient.i.cautius intendant medici in cura cōtinue ꝙ interpolate: qz ma-
gnū in ea piculum imminet:ſz interpolata sine piculo est.Uel adde hanc
clausulam clausule sequēti vt sit sensus ꝙ opz vt egri subtiliēt.i.subtili
ter ⁊ caute attendant laxationi vētris. Septima ē ꝙ tertianarij conti
nui nō sumāt in po-
tu laxatiuū aliquod
fortiter attrahēs in
principio febris: neq̄
le approximēt alicui
talium: nisi eis duz ta
xat q̄ lenitiua fūt:vt
sirupus violatus et
aqua fructuū sic aq̄
prunoꝝ ⁊ aqua duo
rum granatoꝝ cū su
is pulpis interioꝛi-
bus expressoꝝ.Omne
cñ pharmacū fm
multū calidum est ⁊
siccū ⁊ febris sit:r nō
necessaria est ℊ medi
cina calida ⁊ sicca: ſz
infrigidatiua ⁊ hūec
tatiua: vt ait galie.
ampho,ꝑma cōmen
to illius cap̄. In acu
tis passionibus ra-
ro ⁊ in principijs pharmacijs vti.Uerum si ꝓpter exuberantiā mate-
rie de qua timetur ne vincat naturā pharmacia aliqua in hac febre de-
tur potius danda est in ꝓncipio eius ꝙ in tpe alio quocūq̄ febris. Jux
id hypocratis ampho.2. Inchoantibus morbis si q̄d videtur mouen-
dum moue. In statu vo silentiū habere melī est:qz circa ꝓncipia ⁊ fi-
nes oia egritudinis accidentia imbecillioꝛa:circa status vero fortioꝛa.
Octaua est nō vtant tertianarij cōtinui ad solutionē sui ventris nisi
clisteribus lenibus ⁊ lenitiuis.Qualia sunt facta ex q̄rē.ʒ.seri capr̄ini
vel aque omasoꝝ vel aq̄ hordei vel decoctionis maluarū cū.ʒ.i.medulle
casie fistule mūdate vel q̄rē.ß.thamarindoꝝ:vel.ʒ.2.mānē:vel q̄rē.i.olei
violati vel nenufarini ⁊.ʒ.i.salis ad stimulandū virtutē expulsiuā. Di
camus ergo in summa ꝙ cura tertiane pure est.7.res.Prima est lenire
ventrē si constipatus sit.Scda phlebotomia vbi cōuenit.Tertia ē ma
turatio cholere cū sirupo acetoso ⁊ siliquis.Quarta dietatio subtil' cuz
cibis ⁊ potibus frigidis ⁊ humidis.Quinta pharmacatio cū attracti
uis si natura per crisim nō sufficienter purgauerit.Sexta est extinctio
febrilis caloris si nimiū excanduerit.Septima est balneatio in decli-
natione totali febris.

¶ De cura tertiane nō pure. La.XL.

Esquibus[a] diuersifi
r catur cura tertiane non pure
sunt res quibus cōmunicāt
febres frigide de licentia secūda.Et
nō conceditur habētibus eā balneū
donec plurimū declinauerit.Et for-
tasse conceditur illud habentib⁹ pu-
ram:scz vt nō expectrēt plurimū de-
clinatōis:ſz qñꝫ expectēt digestōez
qm̄ est phibitū in eis. Balneū ei fa-
cit descēdere phlegma indigestū p il
lud qđ effūdit ad locū putredis. Et
pmiscet hūorē malū cū putrido. Et
resoluit ſbtile ⁊ facē remāere spissuz.

¶ De cura tertiane non pure. Capm. XL.

Es q̄bus. In hoc capło ꝑmo agit de differētijs inter curā ter-
r tiane nō pure ⁊ tertiane pure.Scdo de phlebotomia ⁊ vomitu
⁊ euacuatiōib⁹ minoratiuis in nō pura ibi [Et cū videꝛ] Ter°
de digestiuis materie ipsi⁹ ibi [Adiuuātia aūt] Quarto de pharmacis
a In ꝑma ꝑte q̄ est ꝑnſ terꝫ dat.9. (eradicatiuis ibi [Cū ḡ sciuerꝫ]
dīas inter curā tertiane nō pure ⁊ curā pure addēs vnū notabile. Pri
ma dīa ē in reb⁹ q̄b⁹ cōicant seu in q̄b⁹ cōuenīūt febres frigide de licētia
scda. ¶ Et cāre hāc ꝑmo attēde ꝙ ꝑ febres frigidas ħ itelligit illas q̄-
rū materie sūt frigide nā:ſz p accidēs puta ex putredie sint calefacte sic
q̄tidiana ⁊ q̄rtana febres. ¶ Attēde.2°.q̄ licētia ꝑ° ꝛcessa medicꝫi curꝫ
febriū ē itēdēt curꝫ ipaz cū ifrigidātib⁹ ⁊ hūectatib⁹:q̄ directe p se ꝛria
eis sunt. Sz licētia scda ē vt febre post posita medicꝰ intēdat ma terie vñ
fit cū calidis ⁊ siccis vel calidis tm̄ ad maturationē ⁊ oñr ad expulsio-
nē.Et in hac licētia cōuenīūt oēs febres frigide ⁊ tertiana notha fm
mēsurā phlegmatis ꝓmixti cholere ipsi⁹. Scda dīa ē in hora ꝛcessio
nis balnei. Nā in nothis nō ꝛcedit donec ipe plūmū declinauerit:qm̄ ē
phibitū in eis añ illō tps:ſz in pura fortasse ꝛcedit nō expectata decli-
natōe ꝑma:ſz solū expectata digestōe aliq̄ māe febris.Eās vo q̄re i no
this nō itacito ꝛcedit balneū assignat ħ tres. Ptia est.qz balneū facit
descēdere phlegma indigestū p id qđ effundit ad locū putredinis.Et ħ
est qz liq̄facit phlegma qđ erat q̄ssū ⁊ cōgelatū:cuiꝫ cholere obuiat
mote ad potiſmū ⁊ trāit p ipam:r̄e ꝓlongat potiſmū febris retardan
do motū materie ipi⁹. Scda est.qz balneū ꝑmisect hūores malos putre
fier i aptos cū hū oꝛib⁹ putridis p putredinē augmētans. Tertia ē. qz bal
neū resoluit a mū febris ptem eꝰ subtilem ⁊ relinq̄t spissam:q̄re fit in-
eptioꝛ inobedientioꝛ ⁊ rebellioꝛ digestioni eꝰ ⁊ euacuationi. Eiusdem

UVA. BHSC. IyR_028

differentie cū tribus causis meminit serapion. 6. breuiarij in fine capituli de tertiana dicēs. Et caueat ne balneenť añ digestōez. Quod ē q; qñ facimus illud attrahimus tres res malas. Quarū vna est materia huius febris: qñ in ea est materia grossa permixta cū phlegmate: q; qñ effunditur p̄ter ꝙ digerať ⁊ resoluatur facit oppilationē ⁊ putrefactionē. Et scōa est q; materia putrefacta retēta in vno mēbro qñ calefit ⁊ effundit̄ permiscetur cū humiditate reliqua q̄ nō est putrefacta ⁊ putrefacit eā. Et tertia est qñ illud qō subtilia tur euacuatur remanet grossum indissolubile. ℞ ille. Tertia differētia est ꝙ cibatio oi die vel cibatio prope cibationez vt eadē die bis vel ter facta nocet habentibus tertianā notham: imo cibandi sunt vna die: sez die quietis: ⁊ alia die non. s. die afflictiōis seu paroxismi. Quia tota fere illa die nō emūdantur a calore febris: nec est verendū ne iciunio arescant aut inflāmētur: q; phlegma in eis cholere p̄mixtum multam ab his phibet resolutionē. Sed in tertianarijs veris secus ē vbi ⁊ calor maior ⁊ cholera purior ⁊ resolutio vehemens ⁊ deiccatio fortior. ¶ Attende primo ꝙ in nothis tertianis cauere opz ne egri virtus deficiat abstinentia nimia: ⁊ ne morbus inualescat: ⁊ causa eius augeatur refectōne copiosa. Jux̄ id galieni libro de febribus ad glauconē capō. 15. Non certis vero tertianis prouidere opz maxime inq̄tum possibile est neq; augere egritudinem: neq; pſternere egrotantis vtutē in tempore ampliori affligi debentē. ¶ Attende secūdo ꝙ nō parum difficile est conuenientē in his seruare mensurā. Quia q̄tum iuuat abstinentia ad curationē egritudinis tm̄ nocet conseruationi virtutis. Et q̄tum cibatio virtuti cōfert tm̄ ipsa differt tardat ⁊ impedit digestionem materie febris. Juxta id galieni ibi. Est aūt difficile vtraq; obtinere tanq̄ in cibationibus quātum ad digestionē egritudinis iuuant tm̄ amplius ledentibus virtutem. Cibis vo q̄tum ad robur cōferunt egrotanti tm̄ impedientibus digestionem. ¶ Attende tertio ꝙ ad rectam cōmensurationē cibationis horum magnitudo febris ⁊ durabilitas considerande sunt ex vna parte: ⁊ infirmi virtus ex altera pte. Que si fortis fuerit ⁊ materia febris vir digestibilis audacius vtemur abstinētia: sed si debilis fit ⁊ febris longa frequētiori opus est cibatione. Juxta id galieni ibi. Sed hoc cognoscendum est tibi inq̄tum magnitudinis accidit egritudo: inq̄tum aūt virtus eius q̄ egrotat vt ad id qō maioris p̄curatiōis indiget aspiciens in cibationibus quidē in virtute forti ⁊ difficile digestibile egritudine audacius vtaris: cibationibus vero pluribus: imbecilli quidē virtute: egritudine vero nō difficile digestibili. hoc igitur ⁊ in alijs febribus oibus contemplandū. His premissis galienus ibi subdit hanc regulam. In nō certis vero tertianis neq; balneare mox a principio est bonum. sed qñ apparent signa digestionis: neq; quolibet die cibare. sz sufficit preter bonum quies id est preterito vno die afflictionis: ⁊ abstinentie sufficit dies quietis ad cibandum egrū. Et serapiō sexto breuiarij capitulo. 13. ait. Et in febre tertiana nō pura quādo virtus ē remanens cibetur infirmus in omnibus duob⁹ diebus. ¶ Attende quarto ꝙ in septimo climate ⁊ in regionib⁹ q̄ sub eo sunt raro vel nunq̄ p̄cipiunt medici febricitantibus vno integro die a cibo abstinere: ⁊ si preciperent non obedirent neq; aquiescerent ipsis infirmi. sunt em̄ voraces ⁊ vix sustinent solum semel in die suscipere cibum. Talibus ergo dit afflictionis post poxismū parum cibi dandū est: maxime ñ febris diutur no tempore vel p̄ medius duratura fuerit. Quarta differētia ē ꝙ in cibis tertianarioz nothorū sit aliquid abstergens ⁊ parum calefaciens: vt phlegma viscosuz qō membris adheret ab ipsis separet: ⁊ aut̄ iuuetur digestioni eius ⁊ ipsum incidat. Juxta id galieni capō nunc dicto. Tota vero diete constitutio nō infrigidās ⁊ humectans sit oino: sicut i certis tertianis fit. Sed tq̄ id̄ tenuioris ⁊ calidioris modi assumat. Ponatur igitur in cibis eorum aliquid de radicibus aut seminibus bruscī aut sparagi aut petroselini aut apij vel feniculi aut carui: vt i aqua pulli vel pureta pisorum vel in sua ptisana vel in aqua quā bibit.

Quāta est ꝙ dicta tertianarioz nothorū sit grossior in principio q̄ tertianariorum verox: deinde paulatim accedendo ad statum subtilit:

Et ꝙ cibatio omni die iterū: aut prope cibationem est ex eis que illis nocent: imo oportet vt cibentur vno die ⁊ alio die non. Et sit in cibis eorū qō abstergat ⁊ calefaciat parum. Et vt sit cibatio in principijs egritudinis spissior q̄ sit in principijs pure: deinde gradatim perueniat ad subtiliationem fortem sicut est subtiatio tertiane. Et sit infrigidatio minor. Et vt clisterizentur in principio clisteribus acutioribus. Et vt expectetur digestio in solutione ventris eoz plus Et vt sint in aqua hordei eorū virtutes digestiue resolutiue sicut est illō qō dixim' in eo in cui' stomacho aceat aqua hordei: imo fortiores q̄ in illo. Fortasse em̄ necesse ē vt decoq̄ntur i ea hysop' ⁊ origanū ⁊ calamētū ⁊ spica p̄m cōplexionē. Et ficla iuuatiua ē eis. Et p̄mixtio aq̄ ciceris cū aq̄ hordi. Et i fine ei' cicer ē iuuatiuū eis

Cibe mz. ans nota sit ñ dié quiēs et nō ñ dié af fluxionis.

vt in tertiana pura. Causa primi est q; tertiana notha chronicus morbus est cuius principiū multū est elongatum a statu ipsius. Si igitur dieta nō subtilietur a principio eius vel virtus deficiet ante statum febris: vel oportebit ingrossare dietam statu appropinquāte cū minus conuenit. Causa secūdi est: q; statu approximāte eti am in chronicis reddere oz naturam attē taz circa digestionem materie febris: qō aptissime fit multū subtiliando dietā infirmi. Secunda ē ꝙ i tertiana notha sit infrigidatio per cibos ⁊ potus ⁊ p̄ medicinas minor ne phlegma incrudetur cholere p̄mixtum ⁊ retardetur digestio ipsius ⁊ prolongetur hac de causa febris: ⁊ phlegma augeatur. Septima est ꝙ tertianarij nothi clisterizentur in p̄ncipio febris cuz clisteribus acutioribus: non cū lenitiuis tm̄ vel lubricatiuis: vt nō solum feces ⁊ choleram educant: sed aliq̄d phlegmatis. Ordinētur igitur clisteria talia. ℞. malue bismalue dictarū mercurialis añ. ℥. i. seminū feniculi apij carui añ. ℥. ß. fiat decoctio ꝑ vno clisteri in qua dissolue medulle casiefistule mūdate. ʒ. i. ⁊ in ea ex prime agarici cōfracti temperati in aqua hysopi. ʒ. i. ⁊ ß. reubarbari temperati in aqua endiue cū pauca spica nardi ⁊ pauco vino albo. ʒ. 2. olei violati q̄rt. ß. salis. ʒ. i. ⁊ ß. fiat clistere. Aliud. ℞. succorum blete ⁊ borraginis añ. lib. ß. succi mercurialis q̄rt. i. benedicte. ʒ. 2. olei cōmunis q̄rt. ß. salis. ʒ. i. mellis rosati. ʒ. 6. fiat clistere. Octaua est ꝙ digestio materie febris magis expectanda est ante ventris solutionē eradicatiuam in tertiana notha q̄ in pura. Quia materia tertiane nothe magis est adherens ⁊ min⁹ mobilis ⁊ rebellior pharmaco attrahenti p̄opter illud phlegma qō est sibi imixtum. Nona est ꝙ in ptisana tertianariorum nothorum sint virtutes digestiue phlegmatis vna cū cholera ⁊ resolutiue sicut illud qō p̄ius dictum est debere misceri ptisane illi⁹ in cuius stomacho ipsa acetosatur pagrapho illo capti. 9. tractatus p̄ntis. Qz si acetet coquatur cū ea radix apij: imo qñq; nō sufficit illud: sed fortioribus medicinis opus est ad digestionem et resolutionē phlegmatici humoris permixti cholere puta ꝙ i ptisana decoquantur hysopus ⁊ origanum ⁊ calamentū ⁊ spica nardi p̄m complexionē: sic ꝙ in decoctione harum medicinarum in aqua hordei complexior virtus ipsarū maneat absq; substantia Vel expone de cōplexione egri: q̄ si est phlegmatica: tūc maxime conuenit in ptisana bullire dictas medicinas p̄m hanc formam. ℞. hysopi sicce oz iganī calamēti spice nardi añ. ʒ. i. decoquantur in lib. ß. aque hordei deinde coletur. Galienus vero libro de febribus ad glauconem capō. 15. iubet in hoc casu cū ptisana imitti piper ⁊ cū mellicrato decoqui p̄dicta ⁊ dari egro dicens. Marie autem cōuenit eis ptisane succus imisso pipere: aut quid hysopi aut q̄ñq; origani aut spice nardi infundentē mellicrato ⁊ decoquentem dare bibere: ⁊ alia etiā quecūq; vinas prouocant preter summe calefactiētia ⁊ deiccantia: maxime aūt absinthiū dare frequēter post. 7. diē. Et etiā oximel multū p̄ficit potatū: ⁊ quid initiū subductiuoz sicut nosti ⁊ nos vti frequēter. Et circa talia tria hic notat p̄nceps. Primū est ꝙ sicla q̄ ⁊ bleta dr cōuenit tertianarijs nothis. Quia in ea est vtus nitrosa subtiliatiua: et in ipsa est resolutio ⁊ aptior fortior solutiōe atriplicū ⁊ lenificatio: vt scribitur scōo huj⁹ cap̄. de ea. Scōm est ꝙ eis cōuenit p̄miscere aquā seu puretam ciceris cū ptisana sua. Quia vehemēter p̄uocat vrinā ⁊ etiā aperit oppilatōes sine plurima calefactōe. Tertium est ꝙ cicer est iuuatiuū in fine tertiane nothe seu declinatōe vniuersali eius. Et nō quidē iba ipsius: qz nutrimentū qō p̄bet est fortius nutrimēto fabarū ⁊ magis solidū vt ait p̄nceps. 2. huius capō de eo: sed vtus eius in decoctionib⁹ carniū aut hordei de q̄ fit ptisana. Mā ōcoctio ciceri oppilatōes epatis ⁊ splenis ⁊ renū apit ⁊ qñ dat i declinatōe digesta mā magnā eius p̄tem cū

UVA. BHSC. IyR_028

vrina educit. Et vt in opere practicentur rectius dicte differentie notat princeps vnū in fine huius partis: t est q̄ oportet vt considerentur propinquitas t distantia non pure tertiane a pura seu vera. Que si multa fuerit diuersifica multum regimina et curas in his que dicta sunt: si pauca parum: si paucissima minus.

b Et cum videris vrinas. In parte hac secūda primo agit ō phlebotomia i tertiana notha. Secundo de vomitu ibi | Et scias | Tertio ō solutiuis i prīcipio ibi | Et ō solutiuis i prīcipijs | Quarto de clisteribꝰ ibi | Et clisteria | ¶ In prima particula dicit primo q̄ phlebotomia cōuenit i tertiana notha pꝰ digestionē materie quando apparuerit in ea vrina grossa rubea. Primo quidem ad euentationem epatis de basilica dextra. Secundo ad tollendum oppilationes. Tertio ad educendum aliquid cum sanguine de materia febris t causa eius antecedente contenta in venis. Secundo dicit q̄ clisteri nō indiget eger post phlebotomiaz. Et hoc intellige de clisteri acuto ad eradicandum materiam febris t deoppillandū: si phlebotomia satis hec peregerit. Lenitiuū vꝰ pꝰ phlebotomiā t ante conuenit dum venter est cōstipatus ad remollitionē t eductionē retentarū fecū t induratarū.

¶ In secunda dicit, q̄ nulla res magis iuuat seu alleuiat tertianos nothos q̄ vomitus post cibū. qz faciliter t sine dispendio simul educit cū phlegmate cholerā. Post cibū dicit: qz cibus iuuat t facilitat vomitū. Juxta id galieni capitulo .15. libro de febribus ad glauconē. Qui vero super cibos est vomitus in tātū in hac febre perdurātibꝰ est vtilis q̄ multos vidi liberatos perfecte mox in vomitibus. Et serapion .6. breuiarij ait. Et administretur semper vomitus post cibos subtiliatiuos qui abstergūt vt post aquā ciceris aut pulli aut pisorum in qua cocte fuerint radices apij petro. t feniculi t dissolutū butyrū aut oleū oluarū dulce: t prouocetur cū pēna aut digito titillante linguam.

¶ In tertia dat tres modos leniendi naturā seu laxandi ventrē in diebus primis. Primus t debilior est cū aqua algeleniabin decocti t sirupo acetoso ꝑm hanc formā. Rꝰ. mellis rosati vel cōserue rosarū sirupi acetosi ana. ʒ.ß. dissoluātur in ʒ.4. seri caprini vel aq̄ pisorū t fiat dosis. Et modus iste conuenīēs est in virtute debili. Juxta illud serapionis .6. breuiarij. Et si volumus euacuare ipm superius euacuamus ipsum si virtus est debilis t caliditas est vehemens valde cū aqua algeleniabin id est rosarū conditarū cum zuccaro aut melle t teraniabi id est manna: aut cū aqua alubleb id est volubilis seu corrigiole t violarum siccarum. Secūdus modus est vt predicte dosi addantur .ʒ.6. medulle casiefistule mūdate. De qua dicit mesue capitulo de ea q̄ mundificat stomachum t educit cholerā t phlegma: t operatur illud sine nocumento t cessu. Et si dosis tua minis spissa fuerit t non bene bibilis adde aque aut seri .ʒ. vnam. Tertius modus fortior predictis est vt addatur predescripte dosi virtus turbith albi t bene gūmosi sic q̄ in serum vel in aqua pisorū in qua debent distēperari medicine alie prius decoquatur .ʒ. vna t ß. turbith conquassati: deinde coletur. Et si febris non sit multū intensa t plurimum phlegmatis sit in causa ipsius adde dicto turbith .ʒiiʒ. cōfracti. ℈.i. qz felicitat operationē eius: t reddit id potens ad eductionē multi grossi phlegmatis. ¶ In quarta dicit primo q̄ ipe preeligit t magis diligit in tertiana notha dare clisteria q̄ pharmaca per os ventris solutiua: qz facilius inferius subducūt cholerā t phlegma; multo

Et oportet vt cōsideretur propinquitas nō pure ad puram t elongatio eiꝰ ab ea. Et ꝑm illud diuersificet inꝯ curam eius t curā pure. Ꝺ si fuerit valde propinqua pure tūc diuersifica inter eas diuersitate pauca. Et cū videris[b] vrinas eoz grossas tūc phlebotōa. Et cū phlebotomaueris non indigebis clisteri. ¶ Et scias q̄ nō est res magis iuuās eos q̄ vomitus post cibum. ¶ Et de solutiuis in principijs eiꝰ q̄ sunt ꝓpinquiora eq̄litati est aqua algeleniabi decocti: t sirupus acetosus. Et fortasse ponemus in ea casiam fistulā: t fortius illo est vt ponas in eo virtutē turbith. ¶ Et clisteria in principio sunt mihi magis dilecta q̄ solutiua alia. Et si clisteria in q̄bus est virtus alhasech t camomille t sicle t cartami t violaꝛ t seuesten t ficus t odoꝛ turbith. Et ex eis est casia fistula t oleū sisaminum t baurach. Et fortasse indigetur vno istoꝝ ꝑm elongationē febris a pura. Aduuātia[c] autē ad digestionē sunt sicut sirupus acetosus pmixtus cū aliquātulo de geleniabi: āt sirupꝰ acetosus de radicibꝰ. Et post septimū sicut decoctio absinthij. cē em̄ iuuatiua subtiliatiua materiei t ꝓfortatiua stomachi. Et sit aqua feniculi t aq̄ apij cū sirupo acetoso. Et si ꝑ transit .14. tunc non est malum dare in potu trociscos rosatos minoꝛes.

breuius opus suū cōplent: minus debilitant virtutes t membra: minꝰ conturbant vniuersuz corpus t humoꝛes eius minus appetitum deiiciunt aut fedant. Secūdo dictat tale clistere. Rꝰ. alhasech id est tribuli marini camomille sicle id est blete seminis cartami conquassati violarū aā. Ꝺ .i. sebesten t ficus aā .12. turbith albi t bene gūmosi conquassati .ʒ. duas fiat decoctio ad quātitatez .ʒ ß q̄rt. cum qua exprime fortiter medicinas illas q̄ in ea cocte sunt colando per staminū t mediocriter calidā per clistere inijce. Et autem relinquat lubricitiorē ventrem t citius cōpleat operationē eiꝰ adde si vis olei communis q̄rt ß. salis .ʒ. 2. Tertio dictat vt nobis innuit tale clistere. Rꝰ. medulle casie fistule mundate olei sisamini aā. quarti ß. baurach id est nitri vt spume ipsi[us]. ʒ.2. vt sal tantūdē dissoluātur in lib .i. aq̄ calide in q̄ cocte fuerint. 12 fic[i] t clisterizent. Quarto dicit q̄ fortasse indiget hac febre detēt[o] vno clisteriuz nūc descriptoꝛ ꝑm elongationē istius febris a pura plurimā sic q̄ nō solum est magis dilectū sed necessariuz: videlicet q̄n ē ꝺstipatꝰ t abominatur oēm pharmacia ꝑ os assumendam t suppositoria non sufficiunt ei.

c Aduiuantia aūt. In hac pte tertia dat octo remedia ꝺferētia digestioni materie febris tertiane nothe. Primū est sirupus acetosus pmixtus cum pauco geleniabi ꝑm hanc formā. Rꝰ. geleniabi .ʒ.ß. dissoluaꝛ in ʒ.ß. sirupi acetosi aq̄si t da bibere tepidū in aurora. ¶ Attēde q̄ geleniabin est cōe nomen ad mel rosatū t zuccarū rosatum seu ꝺseruā rosarū. Et mel rosatū cōuenīēs magis ē in febre remissa plurimi phlegmatis: qz plus abstergit t magis incidit. Sz zuccarū rosatū magis cōuenit in febre forti plurime cholere: qz plus ꝺfortat t magis hūectat t nō auget febrē imo diminuit. Scōm ē sirupꝰ acetosus de radicibꝰ. De quo dicit mesue distinctōe .6. sui antidotarij. Sirupꝰ acetosus cū radicibus cuꝰ est opatio ad cholerā grossaz difficilē t phlegma. incidit em̄ t abstergit t aperit oppilatōes q̄ sunt in epate t splene t renib[us]. Rꝰ. aq̄ fontis clare lib .10. t proijce sup ipaz radicū feniculi apij endiuie aā .ʒ.3. anisi semis feniculi apij aā .ʒ.4. seminis endiuie .ʒ.ß. coquant cū facilitate donec re deant ad lib .ß. tunc pijce sup ipam zuccari lib .2. t clarificet: deinde effunde sup ipm aceti boni quātitatē sufficientē puta lib .i. vel lib .i. t ß. vel lib .2. si magis acetosuz facere volueris. Et in h̄ te regula gustui ifirmi t fac vt sit ei delectabile. Tertiū est decoctio absinthij post .7. diē a principio febris ꝑm hāc formā. Rꝰ. folioꝝ absinthij. Ꝺ .i. decoquāt i trib[us] lib. aq̄ font[is] clare cū q̄rt ß. zuccari donec redeat ad lib .2. deide colet aq̄ t de ea tepida oī mane detꝰ. ʒ.ß. iuuatiua enim est qz t mām subtiliat t ꝺfortat stomachū vt iā allegauim[us] ex gal. dicēte. Maxime aūt absinthium dare freq̄nter post .7. diē. Et mesue cap̄. de eo ait. q̄ solutōe educit cholerā de stomacho t intestinis t epate t extendit opatio eiꝰ ad venas t mūdificat eas ab hūore cholerico t aq̄soꝝ interdū educit ipm ꝑ vias vrine. Absinthiū q̄ ꝑseruat a putrefactiōe t ppriē potꝰ infusiōis ipsi[us] in vino aut aq̄ decoctōis ei[us] singulis diebꝰ circiter .ʒ.i. vel .2. t aqua sublimatiōis eius sirꝰ. ipm q̄ stomachū t epar corroborat: appetitum mortuū excitat: oppilatiōes apit t morbos oppilationū curat. Cōfert etiā iuuamentū magnū febrib[us] lōgi tpis t febrib[us] oppilationū. hec ille Quartū est aq̄ feniculi t aq̄ apij cū sirupo acetoso ꝑm hāc formā. Rꝰ. aq̄ rū feniculi t apij aā .ʒ.2. sirupi acetosi cocti ad pfectionē .ʒ.i. misceant t tepidū detur totum in aurora t quaq̄ die tm̄ egro tribue. Aperit etem̄ oppilatiōes mām digerit t ptē ipsi[us] cū vrina educit. Et accipe has aq̄s vel distillatas a feniculo t apio dū viridia sūt: vel aq̄s in q̄b[us] ista decocta sunt: sz vtiliores sunt distillate. Quintū ē trociscꝰ rosati miores q̄s nō est malū imo ꝺueniēs exhibere in potu ꝑm hāc formam postq̄ trāsierit dies .14. ab initio febris. Rꝰ. folioꝝ rosaꝝ .ʒ.10. liq̄ricie .ʒ.ß. spice aromatice .ʒ.2. t ß. ꝺfice cū vino albo t fiant trociscꝰ ponderis .ʒ.2. t da bibere

UVA. BHSC. IyR_028

dari. quia magis multis modis infert tuamentum. Cum enim huius modi corporibus multum cibum dari sit necessarium. etenim licet non multus sit digerere minime possint fit necesse paulatim multisq̄ vicib' dari. Quia cum nec semel nec etiam bis cibuz sufficienter ausus sim dare eis consuetudo mea est tribus vicibus eos reficere. Sed postq̄ ad sanitatem redire incipiunt bis dari cibuz sufficit. hec ille. Consequenter memorat cibaria nouem que sunt bona ethicis. Primū est aqua hordei id est trituz hordeum cuz aqua bullita vel amigdalato postq̄ decoctum est postea ī stamino fortiter expressum: deinde bullitum ⁊ zuccaro conspersum. Secundum est hordeuz a cortice mundatuz decoctum integrum cum amigdalato vel cum lacte asine vel cum aqua caponis vituli vel bouis. Tertium est panis de frumento abluto vt sit humectantius infusus ⁊ lotus in aqua frigida. Quartuz est genera lactis prius dicta: sicut muliebre vel asine aut capre: cum nihil prohibz ex his que dicta sunt lac pro cibo assumi vt febris putrida vel apostema aliquod in interioribus: vel preparatio alicuius humoris ad putrefactionem vel cōuersio lactis in fumum aut choleram rubeam propter incendiū in stomacho inuentū: vel coagulatio seu caseatio lactis in stomacho. Quintū est lac vacce de quo pri' fuit extractū butyrum: quia multum nutrit ⁊ fortiter resistit resolutioni sua grossicie: ⁊ est infrigidans ⁊ humectatiuum. Sextū est almes id est pisa electa grossa subalbida: vel legumen aliud eis simillimū: que in aqua elixa per staminuz passentur sola sine aqua: ⁊ sic comedantur exuta a cortice que a vulgo dicuntur pisa pilata. Septimū ē cucurbita: que incisa minutim remotis seminib' ⁊ extrinseco cortice in aqua carnis elixa comeditur ⁊ infrigidat fortiter ac etiā humectat. Et si tp̄us fuerit quo nō inueniant cucurbite recētes construe lac ex seminib' eius sicut ex amigdalis ⁊ da egro in esuz. Octauum quod est de genere fructuū est melones palestini: qui aliter dicuntur araki ⁊ indi: ⁊ sunt melones longum colluz habentes sicut multe ex cucurbitis: ⁊ eduntur crudi relictis seminibus ⁊ remoto cortice exteriori: quibus non inuentis vtere si vis seminibus horum prius contritis ⁊ distemperatis cum amigdalato vel cum aqua hordei. Et alexander his poma concedit tertio practice cap. 64. dicens. Poma autē quia humectant pro hoc ethicis sunt acceptabilis cibus nō solū aūt humectare solēt: sz ⁊ modice infrigidare. Nonū ē case' humid' ⁊ recēs sine sale fact' q̄ in plato calatho locari solet ⁊ a vulgarib' iūchia vocari: q̄ lz ex cibis grossis reputet ⁊ difficilib' ad digerendū: pōt dari ethico ia ꝺualescēti ⁊ sentienti rectificationē sue egritudinis. quia multū nutrit ⁊ fortiter resistit resolutioni. De quo scribit princeps in secundo huius capitulo de eo q̄ case' recēs est frigid' ⁊ humid' in tertio. Galien' vero decimo de igenio capitulo vltimo dictam ethicoꝝ sic ordinauit. Redeunduz autem ad cibaria que necesse est sint frigida ⁊ humida: quod in ptisano ⁊ candaruso id est tritico romano reperitur si coquatur cum aqua ⁊ pauco porri aneti salis ⁊ olei atq̄ accti. Valet etiā panis lotus ī aqua frigida. Nullum tamen horum ciborum frigiduz nimis esse oportet actuali frigore supple. vel ita frigidū sicut aquā quā bibim'. Aq̄ em̄ cito calefit in stomacho: cibus vero quia moratur in stomacho timēd' est ne vltra modū infrigidet. Oz si febris morat dabis lac asininū cauens ne coaguletur in stomacho. quo coagulato misce cū eo paruz salis ⁊ mellis. Sed tamen mel caueto in ethica febre: necnon ⁊ mellicrate. cito enim in cholerā vertuntur facientia febrem calidiorem ⁊ ficciorem. Et valde commendat lactucas in ethica libro de marasmo capitulo decioquarto dicens. Optime autem eis competunt humide ⁊ noue lactuce. made fiant autez in pura aq̄ frigida: ⁊ optime sunt ita assumpte: indigētes vo aliquādo delectabilitate oblationis consolari laborantem acetum aque frigide mi b Et si virtus debilitat ⁊c. (scentes concedimus in hoc intingere. Jn hac pte scōa dat sex regulas sup cibo ex carne ⁊ vino ethicoꝝ ia debilitatoꝝ. Prima est. si multū debilitetur ethici virt' tunc non est malum immo conueniens vt ipse cibetur iure iffidebigiati cum coriādro humido decocto cuz eis que sunt sicut aduragi ⁊ altaiugi. ¶ Attēde p̄mo q̄ iffidebigiati est brodiū carniū qō aliter taphea dicitur seu taphcata. Et

UVA. BHSC. IyR_028

ita describitur ab auerroy quinto colliget tractatu tertio capitulo septimo. In terris nostris non coquimus carnes nisi cum oleo et aqua. Et pultes etiam quando coquuntur cuz oleo sunt laudabiliores. quia melior modus ⁊ temperatior est ille qui dicitur taphea: hoc est vt sic fiat. Accipe oleum ⁊ parum exceper: ⁊ ponantur carnes frustatim cum eo addendo paulatim aquam calidam donec sint cocte. hec auerroys. Et ibi intēdit de oleo oliue: de quo dicit q̄ impinguat cpar ⁊ augmētat illius substantiā ⁊ generaliter est conueniēs homini multum sm totā sui substantiam. Et loquitur ibi de taphea sanorum. ¶ Attende secundo q̄ aduragi duragi ⁊ duraz arabice sonant latine turtur: ⁊ athaiugi alaudam. Fac ergo sic ex his iffide bigiati conueniens ethicis. ℞. olei oliuarum dulcis quartum semis coriandri humidi dragmas duas carnium turturis ⁊ alaudarū minutim incisarum ana vncias duas: ponantur omnia simul in olla: ⁊ paulatim super hec infundatur aqua dulcis munda calida donec ille carnes bene cocte fuerint ⁊ fiat taphea. Q̄ si patiens odiat oleum pone de eo minus vel loco ipsius pone butyrum: ⁊ adde veriuti cochlearia duo cum tantillo salis vt melius sapiat. Secunda regula est: q̄ forte oportet vt bibat ethicus iam debilitatus aliquid de vino subtili permixto cum multa aqua munda vt ipsius virtus inde confortetur: precipue si calor febrilis non sit multum vehemens neq̄ valde acutus. Juxta illud rasis decimo almansoris capitulo de ethica. Si vero nec caliditas nec acuitas fortis affuerit vinum album ⁊ subtile quod tantum aque habeat admixtum vt sapor vini abscondatur bibat. Sed si acuitas fuerit manifesta iuleb de zuccaro cum aqua frigida cibus potu tribuatur. Instabit aliquis q̄ vinum rubeum grosse substantie cum magis confortet ⁊ amplius nutriat est ethicis melius. Dic q̄ habito ad hec respectu melius est rubeuz vinum: sed plus calefacit ⁊ febrem augmentat. Album vero aquosum cum hoc q̄ confortat infrigidat ethicos. Ob hoc galienus ipsum dari precipit in ethica stomachi septimo de ingenis capitulo septimo dicēs. Dico vinum in italia bonum esse quod serium vocatur: in asia arsieniū Quorum naturam tibi patefaciam. sunt autē quasi aqua aliquid ponticitatis habentia. Illud autem intendo quasi aquam esse quod est album clarum aque commixtionem non sustinens nisi paruissimam: sicut hypocras ostendit in peritonorcunnosomatum vocans illud imbecille quod ceteris est defectius ⁊ aquam non sustinet. Quod enim multum aque sustinet fortius est ceteris: ⁊ vocatur ab hypocrate verum vinum: a quo oportet hos abstinere: cum eorum virtutem auferat. Quod autē est aquosum ⁊ ponticum vtilissimum est in hoc istis: quia trahit naturam aque suiq̄ defectionem: ⁊ nondum ad vini deuenit virtutem. hec ille. Talia apud nos sunt vina que nascuntur prope fluuium summe: ⁊ in brabantia que vocantur vina patrie. Tertia regula est. q̄ forte oportet vt cibetur ethicus aliquo quattuor cibariorum que hic exprimuntur. Primum est mosos ex carne aduragi id est turturis ⁊ thaeiugi id est alaudarum ⁊ alcobugi id est perdicis Et exponitur mosos et almosos: quod pro eodem habetur in synonimis serapionis q̄ hoc est sicut cum colūba coquitur cum aceto: in cuius ventre ponitur menta: sed illud est mosos quod sanies continet. Almosos vero conueniens ethicis sic describatur. Cape duas turtures aut ser alaudas aut vnam perdicem iam cuisceratas ⁊ deplumatas: quarum ventres repleas recenti acedula vel nouis lactucis ⁊ elixentur in aqua fontis cum decima ipsius parte boni aceti. Et sorbeat ethicus de inre illo libram semis ⁊ comedat carnes in eo decoctas. Secundum est. pulli similiter cocti: licet enim acetum sit desiccatiuum ⁊ demacratiuum multum nocens ethicis quando purum sumitur multe aque permixtum non parum eis prodest ad infrigidandum et ad dandum alijs penetrationem et ad erigendum appetitum infirmi. Tertium est hulimen acetosum. Quod sic compone. ℞. succi acetose recentis libram vnam aceti vnciam vnam tere in eis duo vitella oui mediocriter dura: quibus impone vel pullum elixum actu frigidū membratim diuisum per quarteria: vel perdicem iuuenem: vel par turturum vel alaudas ser: et cum illo brodio dicto hulimen edantur he carnes.

Et forte esse oportz vt detur ei in potu aliquid vini subtilis permixti cum aqua multa. Et forte oportet vt cibes eum mosos ex carne aduragi ⁊ thaeiugi ⁊ alcobugi ⁊ pull. ⁊ hulimē acetoso: aut cōgelato acetoso ex carne hedi aut carne vaccina quando ē illic fortitudo digestionis. Et acetuz almosos ⁊ congelati est iuuatiuum eis ⁊ cōfortatiuum in hac disposition

Quartum est congelatum acidum: quod gelatina seu galatina solet appellari factum ex carne hedi vel carne vaccina si fortis fuerit digestiua ethici. Et fit hoc modo. Decoquatur hedi medietas in sufficienti aqua fluuij vel fontis cum decima ipsius parte boni aceti donec in hac aqua pars plurima carnium liquefacta soluatur et aquam inspisset. Tunc habeas pullos teneros ⁊ elixos āt perdices iuuenes membratim diuisos p quarteria seriatim sitos in amplo disco: super quos infunde dictam aquam inspissatam duz adhuc est calida.

ne. Et forte esse nō est excusatio ab aq̄ carnis permixta cuz sirupo de fructibus frigidis acetosis aut vitello oui sorbilis. Et quando prolongatur cū ea debilitas ad syncopim ē necesse vt cibētur aqua carnis accepta ex lateribus hedi cum sale pauco que colet ⁊ fundatur sup eā ℞tū totū ei' est de aqua maloz ⁊ quantū est decima ei' de vino odorifero ⁊ potetur tepida.

Deinde transferas ad locum frigidum ⁊ coagulabitur ac congelabitur: cui si vis insere dulces amigdalas excorticatas vel caudas cancrorum coctas ⁊ mundatas vel pedes eorum: vel pedes porcinos fortiter decoctos. Et dum pro sanis fit adduntur species in decoctione puta crocus zinziber grana paradisi cynamomū macis nux muschata spica gariofili pauci. Et sic de carne iunicis que est vacca iuuenis fit gelatina: ⁊ maxime de cruce quod vulgariter mustellus dicitur. Sed hec gelatina grossior prioze est ⁊ difficilior ad digerendum: quare danda non est nisi forti stomacho. Quarta regula est. Acetum almosos id est sic refractum ⁊ temperatum sicut modo dictum est in confectione almosos est vtile ethicis confortans ipsos ⁊ refrigerans ⁊ appetitum comedendi suscitans. Et sic acetum congelati his valet sicut est illud quod in gelatina predescripta ponitur: ita q̄ non soluz via cōdimenti sed per viam cibi conuenit ethicis cum pane comestuz

Quinta regula est. fortasse medicus non excusatur a dando in potu aquam carnis ethicis mixtam cum sirupo de fructibus frigidis acetosis facto velut cum sirupo de malis granatis vel de limonibus. aut a dando in esum vitellum recentis oui sorbilis scilicet dum virtus est multum debilis ⁊ resoluta sic q̄ non sufficit aliquem ex predictis digerere cibis vel abominatur ⁊ abhorret eos. In quo casu. ℞. aque decoctionis vel sublimationis caponis cum multo auro. ʒ. 4. oxizaccare simplicis vel sirupi de limonibus. ʒ. 1. misce pro vice vna dando ter in die quaq̄ vice tm. vel in. ʒ. 4. aque caponis dissolue vitellus sorbilis oui dans egro bibere. Et iste est cibus conueniens ethicis iam marasmatis tendentibus ad mortem. Vel da loco istorum testiculos gallorum qui non coiuerunt vel integros vt sunt coctos cum gallis vel cōtritos in colatitio qui distemperentur cum aqua caponis: ⁊ conterantur ser pro qualibet vice cum. ʒ. 4. aque caponis. Et hi conueniunt omni tempore ethice. Juxta id alexandri tertio practice capitulo sexagesimotertio. Testiculos vero gallorum dari semper ethicis oportet. Di enim cum frequenter dantur nutriunt ⁊ augmentant virtutem ⁊ bonam digestionem faciunt: vnde oportet ⁊ his festinanter semper dare talem cibum: ne virtus in extremis cadat. Et auenzoar vigesimoquarto theisir capitulo decimo ait. Testiculi autem gallorum impinguatorum cum lacte conferunt iuuamentuz omnibus patientibus huiusmodi febres. Et si non sint galli impinguati cum lacte nihilominus conferunt.

Sexta regula est. quando perseverat ethici debilitas vsq̄ p̄ syncopim ipse cibandus est ex aqua carnis que accepta fuerit ex lateribus hedi cum sale pauco: postea coletur per staminum mundum: ⁊ addatur ei similis quantitas aque pomorum vel domesticorum ⁊ cōmunium vel granatorum musorum aut dulciuz ⁊ decima ei' pars vini aromatici: puta vnarancie vel maluisie et potetur tepida. Latera ergo hedi decoquantur in aqua munda donec separentur carnes ab ossibus. Postea coletur paruz exprimendo carnes per staminum. Et ex aqua ista sume lib. 1. ⁊ huic permisceas aque macianoz vel succi ispoz clarificati vel granatorū musoz aut dulciū lib. 1. vnarancie aut maluisie. ʒ. 1. ⁊. ʒ. 1. ⁊. ℔. fiat potus: de quo tepido detur. ʒ. ℌ. p qualibet vice ter in die ad min'

UVA. BHSC. IyR_028

¶ Attende primo ꝙ auerroys septimo colliget capitulo decimo sexto dictam ethicorum vltra lac ⁊ ptisanam sic ordinauit. Carnes que eis laudabiliores existunt sunt pulle gallinarum que nutrite sunt ex frumento. Et vitellum ouj similiter est eis optimum nutrimentum. Et capones nutriti ex amigdalis ⁊ frumento eis optime collaudantur. hec ille. ¶ Quib' ergo audacter crassos faseanos iuuenes et teneros. ¶ Attende secundo ꝙ galienus septimo de ingenio capitulo septimo i cura ethice stomachi sic dietã ordinat. Qꝫ si lac diligit dandum tandem est post secundum balneum. Si vero non delectatur per illud: da risum vel candarusum id est triticum romanum factum sicut ptisanum. Panis eius fit bene coctus: fermenti ⁊ salis habeat quantum oportet. Et manducet eum cum huiusmodi piscium specie: qui vel sint de flumine petroso bene currenti ⁊ claro: aut de mari non quieto ab habitationib' longinquo: sicut sunt solete rougeti lucij vendosie perke cancri fluuiales. Bonũ est etiã dari alas ⁊ testiculos gallor si cũ lacte coquuntur: ⁊ auium alas villas incolentium. similiter perdicum ⁊ auium que sunt in solitudine tenere carnis existentes. Mã oz vt caueas illas que paludi ⁊ lacub' sunt vicine: caseq̃ duram carnem habent. Item vt breuius dicam eorum dictam. assero ꝙ cibi eorum debeant esse leues ⁊ ad digerendũ faciles multũ ꝙ nutrientes: viscosos seu multos non habentes humores. Et nutribilius ceteris cibis quos scio est caro porcina: non est tamẽ digestionis facilis sicut ea q̃ dixim' : grossos ꝙ ⁊ viscosos generat humores: quapropter cuꝫ caro porcina sit hoc modo inutilis est in his corporibus. hec galienus.

Aqua vero frigida ⁊c. In hac parte tertia primo declarat q̃lis aque potus conuenit ethicis. Secundo que prohibent aque potum in eis ibi [Et causa illud] Tertio qualis aqua omni ethi-

¶ In prima particula dicit ꝙ non (ce nocet ibi [Et similiter] est malum dare in potu ethicis aquam frigidam: que tamen nõ sit vehementis frigoris: ne suo frigore percutiat neruos ⁊ neruosa membra carne denudata ⁊ calorem innatum viscerum deijciat. Nam si ipa fuerit mediocris frigoris ⁊ nihil assit qõ ipsam prohibeat: humectat corpus ⁊ intus ⁊ extra: ⁊ calorem ethice tollit aut minuit ⁊ intantum hebetat vt non possit adeo resoluere humidum ⁊ siccare corpus sic consueuerat ante ipsius potũ. ¶ Attende ꝙ potus aque frigide maxime in consuetis aquam talem bibere horis sanitatis conueniens valde est in principio ethice non complicate cum putrida febre nec cũ apostemate. Sed post ꝙ ethica iam multum depauit de humiditatibus ⁊ est prope statum: licet data iuuet cum humectatione ⁊ infrigidatione: aliqua tamen tunc parit incõmoda. Juxta id galieni libro de marasmo capitulo. 12. Cum quis primo cognouerit ethicam dare oportet frigidam aquam. Jmpericulosissimum est enim in hoc tempore virtute robusta ⁊ copioso sanguine in corpore tento. Tardãtes aũt imbecilles fiunt virtutib' paucũ habẽtes sanguinẽ. Nocent igitur vt plurimũ duplici nocumẽto. Uno quidẽ in eo ꝙ putrefactum aliq̃ ⁊ infrigidat particularũ in potatõe aq̃ frigide. Alio vero qñ q̃ dãt eis frigidã non obtinentes quod cõmensuratũ est infrigidabũt non solũ aliã aliquã particulã: sed ⁊ ipam que principiũ habet generationis febris. Si vero cor amplius infrigidauerint si quidem adhuc custodiat innatã humiditatẽ cõcisio id est casus fit virtutis. Si vero iã siccius existet senecturi dispositio assimilans succedet. hec galien'. Et capitulo sexto decimi de igenio ait. Si febris acciderit ꝓpter siccitatẽ corpis ex labore vel ira aut ãgustia vel vigilijs vel abstinentia siue in his oĩb' siue nõ oĩb' oriat in ethicam necessario cadẽt maxime in estiuo tempore. Oportet igitur festinanter dari ptisanã aut candarusum. Deinde curetur cuꝫ aqua frigide ꝙ cum alijs. Ethica enim cũ superuenit egritudinibus destruentibus virtutez mollificantibus eam arefacientibus ossa ⁊ carnem superuenit debilitati. Cum ergo cõiungitur ei super debilitatem potus aque frigide nõ mouat q̃n cadat in genus alteri' ethice q̃ cõicat huic generi in siccitate: ⁊ diuersificatur in calore et frigore ⁊ noiat ethica senectutis ⁊ ethica senij. Et illa quidẽ est egritudo seua in q̃ innat' calor iã destruct' est. frigida. nã si hec fiant febris extinguetur. ¶ In secunda particula tangit tres casus propter quos potus aque frigide ꝓhibetur ethicis. Primus est qñ sub hypocondrijs vt in stomacho splene vel epate est apostema cũ febre ethica. Mã tunc prohibetur potu aque frigide materia resolui ⁊ euaporari ex qua fit apostema: ⁊ pculeat ac incrudat fit quoq; rebellis ⁊ inobediens maturitati eius ⁊ resolutioni. ¶ Attende ꝙ licet aqua frigida data in isto casu modo narrata pariat incõmoda minus tamen malũ est quã doq; ipam dare cũ ꝓmittere puẽire ethicam ad incurabilitatis gradũ. Teste galieno decimo de ingenio capto sexto Ubi postq̃ iussit dare aquã frigidã si febris fuerit sine apostemate ⁊ putredine humorũ statim subdit. Si vero aliquid horꝫ habuerit nimiũ inuestigabis videns quõ aqua frigida sit in initio dãda. Ego aũt multotiens eã dedi i hmõi febricitãtib': magis eligẽs debere augmẽtari apostema ꝙ in ethicã duci. Secundus casus est dũ in toto corpe ⁊ specialr in viscerib' ⁊ venis ethici sunt putridi humores vel humores crudi omnes indigentes maturatione ⁊ non apparet in exeuntibus maxime in vrina signum digestionis istoꝝ humorꝫ. quod si appuerit timor erit minor in potu aque frigide. Nam per aquam frigidam ante digestionem in potu datam ꝓhibentur digeri ⁊ incrudantur predicti humores. Sed data post horũ digestionẽ confortat virtutẽ quo fit potentior expellere hos foras iam prediſpositos per digestionẽ ad expulsionẽ. ¶ Attẽde ꝓmo qꝫ si putridi in ethico fuerint humores cholerici ardentes vt in causonicis eligibilꝫ est illos incrudari potu aque frigide ꝙ finere corpus insanabilr arefieri. Juxta id alexãdri tertio practice capitulo. ℔. Si qñq; cũ inflãmatione ignita tibi videtur esse ethica ex cholericoꝝ herisipilatodis danda est frigida aq̃. Ego em̃ scio dedisse talib' hñtib' ⁊ nimis sitiẽtib' aquã frigidã ⁊ magnifice iuuati sũt. Sz añ ꝓdices qꝫ diuti' laboratur' est. hec ille. ¶ Attẽde secõ ꝙ hoc ꝓcipue faciendũ ẽ ethica existẽte in ꝓma specie vl in ꝓcipio secũde speciei. ⁊ nõ dũ iã ipsa ẽ mutata i marasmũ: lz tũc etiã quodãmõ ꝓsit. Juxta id alexandri ibi. Qꝫ si conueniat quidem ad recuperandum infirmum dare aquaz frigidã in ethica: effugi tamen ex quo incidebat augmentum febrium id est i marasmodẽ ethica febris. Si ergo cum putredine aliqua est ethica ⁊ maxime si causon fuerit febris dari oportet aquã frigidã. ¶ Attende tertio ꝙ in complicatione ethice cũ putrida post digestionẽ materie putride dãda est aqua frigida dato ꝙ non multi fuerit incendij sicut in causone vel herisipila. Juxta id alexãdri ibi. Et non simpliciter in his agenduz est: sed causa digestionis iam vtilis in vrinis apparente tunc dari conuenit. Et galienus libro de marasmo capitulo duodecimo inquit. Ethice vero solius quidẽ consistentis absq; implicatione alterius alicuius febris omne temp' aptissimuz est ad balneũ. Si vero implicatur alicui earꝫ que in humoribus quãdo illi digerentur. Eadẽ aũt oz estimare esse tpa ꝓprie ⁊ dationis aque frigide. Sed hui' quidẽ deformatio id est error cũ magno nocumento fit. Balneũ vero ipiculosus vsus i ꝓdicti febrib' ẽ. hec gal'. Tertius casus ẽ qñ ethica febris originẽ sũpsit a pmutatiõe apatis pectoris ãt capitis ad ipaz Et hec apostemata ꝓsice dicunt vnuz birsen ⁊ aliud scirsen. Mã birsen ꝓsice latine est pect'. scir vero est caput ⁊ sen apostema. est ergo scirsen apostema cerebri sicut frenesis. ⁊ birsen pectoris sicut pleuresis. In ethica nãq; que prouenit ex his potus aque frigide debet interdici seu prohiberi plusq̃ in alijs. quia quãdo ethica superuenit istis egritudinibus que destruunt virtutem ⁊ mollificant seu dissoluunt eam ⁊ arefaciunt carnes ⁊ ossa suis incendijs ⁊ doloribus ⁊ inquietudinibus ⁊ vigilijs: ipsa tunc inuenit virtutem delectam: ⁊ superuenit debilitati eius. Cum ergo exhibetur potus aque frigide super hac virtutis debilitate cadit illico eger in ethicam senij: que communicat ⁊ assimilatur ethice febrili in siccitate. Sed differt in hoc ꝙ sua siccitas coniungitur frigori. Et nominatur ethica senectutis et ethica senij: quia detentus hac est similis illi qui constitutus est in extremo senij. Et est egritudo maligna seua non doloribus neq; angustijs aut inquietudinibus: sed mortificatione innati caloris ⁊ vicinitate festinate mortis: maxime cum accidit virtute

UVA. BHSC. LyR_028

dejecta per priores egritudines. ¶ In tertia particula dicit q aqua plurimi & vltimi frigoris exhibita in potu similiter nocet in omni dispositione ethice: siue simplex fuerit: siue complicata cum apostemate vel cū febre putrida. siue subsequatur apostema caliduz cerebri aut epatis. q corrumpit innatum calorem radicalium membrorum. Et forte festinat aque talis potus seu compellit egrum festinare ad mortez vna cuz predictis egritudinibus: aut permutat ethicam febrilez ad aliaz que senectutis aut senij dicitur. quia corp⁹ ethici carne denudatum & depauperatuz vitali calore tantam non sustinet aque frigiditatem absq; impedimento. ¶ Attende q in his inferioribus regionibus in quibus vt plurimum aque sūt grosse & hominū stomachi debilitati sunt ex plurima crapula & facile infirmi medicis imponunt sua detrimenta & suorum morborum prolixitates: consultius est non prebere ethicis potum aque frigide: sed loco eius detur aqua lactuce vel portulace vel nenufaris vel endiuie aut alia ex aquis artificialibus infrigidantibus.

¶ Et similiter aqua vltimi & plurimi frigoris nocet eis in omni dispositione: & corrumpit innatuz calorem membrorum eorum radicaliuz. Et fortasse festinat ad mortem cum eis. aut permutat eos ad modum alium ethice.

¶ De succurrendo dispositiōibus sequentibus ethicam. Capitulū. VII.

E illis[a] est sincopis.

d Et iam diximus regimen in hoc multotiēs. Et de illis[b] est fluxus ventris. Et oportet vt curetur & succurratur ei. Nam in ipso est timor magnus. Et de curis eius in primis est vt sit aqua hordei eorum aqua sanich. Et ponant in aqua hordei eorum milium torrefactum & gūmi. Aut lētes elixate iterate. Aut lac decoctum cum lapidibus: aut cum igne solo donec consumatur eius aquositas & proprie cum milio. Et[c] potent hos trociscos. ℞. boli armeni. ʒ. ʃ. castanee torrefacte roſ. omnium ana. ʒ. 4. spodij karabe amboruz añ. ʒ. ʒ. semis acetose excorticati granorum berberis omniuz ana. ʒ. 6. fiant trociſci cum succo cytoniorum.

E illis est sincopis ꝛc. In hoc capitulo quod ē de cura syntomatum contingentium ethicis & diuersificantium curā ethice primo se breuiter de sincopi expedit. Secundo dat curam fluxus diarrici per cibaria ibi [Et de illis] Tertio p sumptas ore medicinas ibi [Et potent] Quarto dat curam fluxus dissinterici ibi [Et si peruenit]

a In prima parte dicit primo q sincopis est de illis syntomatibus q ethicis contingunt. Et est suspectior & timorosior accidentib⁹ aliis & magis indigens festino succursu. Secundo dicit q iam multotiens dictū est regimen & preseruatiuum a casu in sincopim prius q̄ accidat: & curatiuum cū iam acciderit scz tertiū vndecima tractatu secundo capitulo octauo. Et quarti prima tractatu secūdo capitulo trigesimo. & capitulis q̄nquagesimo sexto & q̄nquagesimo septimo. ¶ Attēde primo q galienus libro d marasmo capitulo vltimo ponit & declarat tres marasmi species. Prima est marasmus senio similis frigidus & siccus. Secūda est marasmus circunfluxibilis calidus & siccus. Tertia est marasmus sincoposus siccus velut alij: sed partim calidus partim frigidus. Ait enim ibi. Confert igitur hec talis intentio ciborum non solum his qui senectuti proximam habent dispositionez vel sincoposis marasmis sedet scz & circūfluxibilibus a philippo nūcupatis. ¶ Attende secūdo q in marasmo circūfluxibili competunt frigida actu & potentia: & in marasmo senij calida: & in sincoposo media seu temperata. Juxta id galieni ibi. Vtendum aūt materijs ciboz in his scz circunfluxibilibus: non calidis sicut in senectute sed frigidis. In medio autem amborum sunt hi qui sincoposis dant. ¶ Attende tertio q in omnibus his marasmis conueniunt lac ptisana & condrus: sed hordeo & condro parum aceti addas in decoctione vt leuius penetrent. Juxta id galieni ibi. Igitur lac quidem & ptisana & condrus id est genus frumenti in tribus dispositionibus conueniunt: condro per acetuz similiter ptisane preparato vt faciliter reddatur id est penetret. ¶ Attende quarto q mel multū prodest in marasmo senij: & valde nocet in circunfluxibili. Et in sincoposo tam per se datum q̄ cibis permixtum iuuat: si supercalefactio ventris non prohibet. Juxta id galieni ibi. Vel autem frigidis dispositōnibus quidem proficuissimum: in calidis vero contrarijssimum. Ita igitur habet & marasmatis talib⁹ marasmis contrarijssimuz est circunfluxibilibus: proficuissimum autem ei qui periclitatur id est in periculo est senum habere dispositionez. In sincoposis autē si non prohibent que ventris supercalefactiones dare sinse & cum alijs cibarijs. ¶ Attende quinto q balneari post digestionem vtile est in omni specie marasmi: quia membra humectat. Sed diutius in marasmo senij balneo immorandum est: multo vero minus in circūfluxibili: & medio modo in sincoposo. Juxta id galieni ibi. Balnei vero vsus oportunus ad talia predicta: & ad redditiones cibi optimū est auxiliū. Accipere aūt illud oportet digesto iā cibo: non aūt indigentia longiore. Nā et qui nup comedit illatū balneuz crudis & indigestis humoribus replet corpus. Ad vero in indigentia longiori virtutem destruit. In omnibus vero alijs consistentijs corporis & maxime in ea que nunc preiacet temptandū nūc vt dictū est balneare cōpleta digestione. Et longus vsus in frigido quidē marasmo magnepro dest. In circūfrixo aūt fugiendus. Mediocris vo aliqualiter est in sincoposo. quoniam & hec dispositio media est et mixta. Hoc quidē frigiditatis habens: hoc vo febris seruans: transmutante vero hac tali dispositione in parte ad cōtraria et quandoq; q̄dem in frigidationez & impulsatilitatem ferēte & simplicif dicere q̄ sunt sincopis ppria. ¶ Attende sexto q vinū & cibaria subtilia facilime digestiōis & penetratiōis in marasmo sincoposo cōpetūt. Sed in circūfrixibili cōtraria appetūt: puta spissa magis & q̄ plᵉ resistūt resolutiōi. Juē id gal. ibi. In sincoposis q̄dē vinū & cibaria facile corruptibilia dātib⁹ nobis & ipilātib⁹ & dēsantib⁹ totū corp⁹ defozis supple. In circunfrixibili aūt Ziria. hec gal. ibi. Sz p̄nceps hic de sincopi intendit. put ē accidēs ethice febrilis nō differētia ȝhens ethicā ad ppriā speciē. Et sm hūc modū dupler ꝓuisio cadit in eā. Ppria ē occurrere vtuti cadēti ꝓuisq; accidat cū potu aq̄ carnis vel potu vini fortis limphati: vel potu vini g̃natoz musoz: & micis panis intinctis in vino: vel cū vitellis sozbiliū ouoz: vel cū colaticio testiculorū galloz iuuenū. Secūda ē ptin⁹ erigere vtutē cū infirmo sincopis iā supuenit aspgēdo facie cū aq̄ rosacea & tātillo aceti: & apponēdo freq̄nt naribᵃ aromata frigida vel tēpata: & interposito dētib⁹

b In secūda pte p̄mittit p̄nceps q fluxᵘ (cuneo tenēdo os aptū. vētris ē etiā de illis syntomatib⁹ q̄ i ethica accidūt. Secūdo dicit q diligenter attēdere oz vt succurrat isti syntomati & cito curet. Nā timor i ipo magn⁹ ee solet si pseueret. Deiicit em velocit vtutē iā fere deiectā ethico calore. Juē id hypocrās apho ʒ. A ptisi habito diaria supuentes mortale. Tertio refert tria cibaria q̄b⁹ restringit fluxᵘ ethicoz. Primū ē vt sit aq̄ hordei colata q̄vtunt aq̄ sanich. i. hordeatū factū de hordeo excorticato & torrefacto. Et vt magis restrictiuū fiat adiūgat ei torrefactū milū & gūmi arabicū. Et fiat b mō. ℞. hordei excorticati. ℥ 2. milij. ℥. 1. decoquāt in aq̄ donec molescāt. deide extrahant ab aq̄ & torrefiāt extēsa i disco cōa igne. postea terant & distēpent ex. 2. lib. lacti amigdalarū facti cū aqua fontis munda ferrata. deinde colent p staminū oia cōprimendo fortit: deinde bullīant. & in fine addant gūmi arabici pulueriſati. ʒ. due. ȝuccari rosati triti. ȝ. ʃ. fiat edulij ad instar pultis. Secundū est lentes elixate iterate id est decocte duab⁹ aut trib⁹ decoctionibus proiectis semper prioribus aquis: vt p hoc soluat & separetur solutiua virt⁹ superficialiter ipsis adherens: & remaneant mere restrictiue. Tertiū est lac coctū cū lapidib⁹ sic q lapides a fluuio extracti igni imponantur: & ardentes pluries in lac submergantur donec inspissetur & consumatur eius aquositas: vel si mul modo decoctū ad ignē & precipue si in vna magna scutella lactis decoquatur milij. ȝ. ʃ. Et lac ad id aptius est lac vaccinū. q grossius est: & maxime si ab hoc prius extractuz fuerit butyrum.

c In tertia dat medicinas quattuor contra fluxum ventris in ethica febre. Prima est trociſci dati egro in potu. Quos ita describit. ℞. boli armēici. ʒ. ʃ. castanearū torrefactarū rosarū rubearū siccarū ana. ʒ. 4. spodij karabe ana. ʒ. ʒ. seminis acetose & corticē mūdati granoz berberis ana. ʒ. 6. terant oia & incorporentur cum succo citoniorum vel sirupo ipsorum sufficienti si succus eorū nō inueniat. & fiāt trociſci pōder. ʒ. 2. Et da ex eis vnū q̄libet mane cū. ʒ. 4. aq̄ ferrate vel aq̄ caudarū rosaz vel aq̄ arnoglosse.

UVA. BHSC. IyR_028

Secunda est aqua pirorum data egro in potu mane ⁊ sero sub quātitate. 4. ʒ. pro qualibet vice. cui si vis addas vt plus confortet ⁊ magis restringat sirupi myrtini vel citoniorum ʒ. 1. Ad idē valet vinum citoniorum: decoctio sumach: decoctio berberis: aq̄ plantaginis. Tertia est semen psilij torrefactum integrū ⁊ non conquassatū in potu exhibitū ℈m hūc modū ℞. semis psilij ʒ. 2. torrefiant in patella ad ignem ⁊ dentur in potu cū ʒ. 3. lactis acetosi bulliti. Deb̄ semine scribit in aggregatore Serapiōis capitulo de eo q̄ larat ventrem quando datur in potu crudum. Et assatū stringit ventrem: ⁊ quantitas eius quod datur de psilio est ʒ. 2. Quarta est suffuf de spodio in quo est bdellium de mecha. Istud enim iuuatiuum valde est in fluxu ethicorum. Et est suffuf generale nomen ad omnem puluerem qui ab ore sumitur Et de suffuf varijs est tractatus quartus summe prime quinti: ⁊ nona distinctio antidotarij mesue. Et presentis suffuf descriptio est talis. ℞. spodij. ʒ. ℈. bdellij de mecha. ʒ. 2. ʒuccari rosati. ʒ. 6. terātur subtiliter ⁊ fiat puluis qui suffuf dicitur. de quo mane da egro pro dosi. 1. ʒ. vel ficco sicut est vel dissoluto in. ʒ. 4. lactis acetosi vel aque ferrate. Et bene attende q̄ bdellium tuum non sit iudaicum: quia calidum est ⁊ laxatiuum: ⁊ tale nobis vt plurimū affertur. Sed sit mechium seu de mecha allatum. De quo secundo huius ait princeps capitulo de bdellio. Mechium autem est ex fructu arboris silueſtriū palmar: ⁊ ē frigidū ⁊ siccū ⁊ restrictiuū

d In quarta parte dicit q̄ si perueniat fluxus vētris ethici ad excoriationem ⁊ dissinteriam tunc hec curetur excoriatio cuz clisteribus prius memoratis tertij decimasexta tractatu secundo capitulo septimo. quoniam illud est conuenientius. Et id verificatur si excoriatio sit in intestinis inferioribus. Si vero fuerit in superioribus magis conueniunt que per os sumunt. Juxta illud principis capitulo nunc dicto. Et oportet vt cures illud quod ē ex intestinis superioribus cum ebibitis: ⁊ quod in inferioribus cum clisteribus: ⁊ quod est in medio cum vtrisq̄ curis. ¶ Attē de ergo primo q̄ si excoriatio sit in intestinis superioribus corporis ethici iam debilitati non est spes salutis. Sed vt prohibeatur velocitas mortis da quolibet mane ʒ. 2. puluer is qui nunc describetur cum. ʒ. 3. aque plantaginis vel arnoglosse vel quinqueneruie aut burse pastoris vel caudarum rosarum. ℞. boli armenici corralli rubei seminis plantaginis arilorum extractorum ex vuis passis ana. ʒ. 2. ʒuccari rosati. ʒ. 4. terantur subtiliter ⁊ fiat puluis. Item nutriatur cum lacte acetoso bullito fortiter et i spissato cum mica albi panis: vel lacte integro vaccino ferrato: vel riso decocto in amigdalato distemperato cum aqua ferrata. Et pro potu sumat tale amigdalatum vel aquam ferratam cui admixta fuerit sexta ipsius pars sirupi myrtini vel citoniorum. ¶ Attende secundo q̄ in fluxu ethici cum excoriatione inferiorum intestinorum competunt clisteria pauce quantitatis puta lib. 1. vel. ʒ. quartū. primo lauatiua de aqua hordei simplici: vel de aqua decoctionis capitis mutonis cum duobus pugillis furfuris. Deinde restrictiua de aqua plantaginis vel de succo ipsius cum. ʒ. 1. sepi bircini ⁊ duobus duris vitellis ouorum ⁊ ʒ. 2. boli armeni triti. ¶ Attende tertio q̄ spasmus etiam de inanitione ē de syntomatibus ethice febris ⁊ singultus de inanitione ⁊ difficultas transglutionis ex eadem causa. Sed quoniaz ipsa sunt insanabilia ⁊ reprimitur malicia ipsorum eisdem remedijs quibus curatur febrilis ethica non curauit de istis hic pertractare. Et licet interdum superueniant ethicis putride febres ⁊ apostemata: non sunt tamen proprie syntomata ipsius: cum sint egritudines repletionales quibus propria curatio occurrit: ⁊ frequētius antecedunt ethicam per modum cause q̄ sequantur eā. ideo de ipsis non curauit hic facere sermonem. Dicamus ergo sūmario sermone q̄ ethice febris cura est res tredecim. Prima est infrigidatio aeris circunstantis egro per irrorationes ⁊ effusiones ⁊ manationes aque frigidissime in camera infirmi: ⁊ per strat' frigidos super quos recumbit: ⁊ per sparsiones florum foliorum ⁊ palmitum plantarum infrigidantium ⁊ humectantium: ⁊ per prohibitionez frequentie hominum. Secunda est quies tranquillitas somnus: ⁊ prohibitio tristicie ⁊ ire ⁊ angustie ⁊ famis ⁊ sitis. Tertia est dieta ciborum ⁊ potuum infrigidantium ⁊ humectantium multum nutritiuorum frequenter datorum vt digeri possint. Esta est emulsio lactis mulier(ʒ asine aut capre super cozp' ethici statim ante balneum. Quinta est balneum cuz duplici tina p̄mo calida: postea frigida bis vel ter in die. Sexta est inunctio totius corporis in exitu a tina cū oleo tepido violaceo vel nenufarino vel de cucurbita. Septima est bibere lac mulierē vel asine aut capre immediate post emulsionem a duab' vnciis vsq̄ ad quinq̄ aut ser statim post balneum. Octaua res est lenitio ventris cum manna granata vel casiafistula si lac corrumpatur aut coaguletur in stomacho ethici cōstipato ventre: sed caueas a fluxu. Nona est potus aque dulcis frigide non vehementer si non affuerit putridus aut crudus interius humor vel apostema: quo presente neq̄ intret balneum neq̄ bibat aquam. Decima est infrigidatio ethici per medicinas infrigidatiuas ore accipiendas: vt per trociscos canfore aut spodij: vel per sirupum nenufarinum aut violatum: vel per conseruas ex eisdez factas: vel per electuaria frigida: vt per triasandalum: diarodon abbatis: ⁊ diadragagantū frigiduz. Undecima est infrigidatio ethici per exterius adhibita: vt per epithymata fomentationes: sacellationes: embrocas olea vnguenta ⁊ emplastra. ⁊ per vestire egrum sandalatas ⁊ canforatas camisias lineas aut sindoneas. Duodecima est odoramenta ⁊ caputpurgia frigida ⁊ humida somnum prouocantia. Tredecima est correctio accidentium videlicet sincopis ⁊ fluxus ventris.

¶ De ethica senectutis ⁊ causis ⁊ signis ⁊ cura ipsius. Capitulū. VIII

Et detur in potu aqua pirorum in mane ⁊ apud somnum. Et detur in potu psilium torrefactum. Et similiter suffuf de spodio in quo est bdellium de mecha est iuuatiuū valde. Et si puerit d ad excoriationē curet excoriatio cū clisteribꝫ q̄ scis. qm̄ illō ēq̄ēti. ¶ De ethica senectutis ⁊ causis ⁊ signis ⁊ cura ipsius. Capitulum. VIII

c Ucurrit cōsuetudo vt dicant ethicam senectutis post febrem ethicam. et nos iam incedam' via ꝑsueta. ¶ Intētio itaq̄ ethice senectutis est dōm̄ium siccitatis sup cōplexionez absq̄ febre.

¶ De ethica senectutis ⁊ causis ⁊ signis ⁊ cura ipsius. Capitulū. VIII

c Ucurrit consuetudo ⁊c. In hoc capitulo primo agit de natura ⁊ conditionibus ethice senectutis. Secundo de causis ibi [Et causa faciēs cadere in eā] Tertio de signis ibi [Signa in istis videntur signa adubul] Quarto de cura ibi [Non adhibeatur huic cura]

a In prima parte que est presens textus primo continuat dicta dicendis. Secundo declarat quid est ethica senij ibi [Intentio itaq̄ ethice] Tertio cur sic nominatur ibi [Et nominatur hec dispositō] Quarto cui etatum velocius accidit ibi [Et senes quidem velocioris sunt casus ⁊c.]

¶ In prima particula dicit q̄ medici consueuerunt de senectutis ethica tractare postq̄ tractauerunt de ethica febrili. Primo propterea q̄ sūt multum similes in ariditate ⁊ extrema macie et in aliquibus remedijs ⁊ signis. Secundo quia febrilis ethica per vehementiam infrigidationis quandoq̄ conuertitur in ethicam senij. Propterea princeps volens hic incedere via consueta similiter tractat de ethica senij post febrilem ethicam. ¶ In secunda particula dicit primo q̄ intentio seu descriptio ethice senectutis est dominium siue excessus siccitatis super totam hominis complexionem sine febre. ¶ Attende primo q̄ de ratione cuiuslibet ethice ⁊ etiam marasmi est q̄ siccet ⁊ ethicet vniuersum corpus. Juxta id galieni libro de marasmo capitulo nono. Ille vero qui vere ē marasmus similiter marasmat omnes partes: quoniam ⁊ principia id est principalia membra. ¶ Attende secundo q̄ tres sunt species marasmi seu ethice. Una est naturalis: qualis est senij nō accelerati per egritudinem. Alia est febrilis: de qua prius dictum est. Alia est proportionalis senio ex egritudine accelerato. Juxta id galieni ibi. Est autem hic in etatibus quidem senium. In his vero que preter naturam marasmata febris. Et alia quedam ꝓportionalis senectuti dispositio quā nullū malū est nominare ex egritudine senectutē. ¶ Attende tertio q̄ hāc tertiam marasmi speciē que manib' preiacet quidā asseruerūt esse speciē febris vt philipp': quē reprobat ibi galien' dicēs. Nō ꝓ iouē febris nolanda ē sic philipp' marasmodeā febrē vocat. Nō em̄ ē hec talis dispositio febris in q̄ frigidi' eo qō ℈m naturā cor factū est. Qm̄ aūt ita hz complexione nō pua est cognitio paru' ⁊ rar' effect' pulsus vt ipse philipp' describit. Demonstratus est autem hic talis pulsus in frigiditate fiens. Sed ⁊ respiratio his qui ita dispositi sunt similis apparet pulsui parus simul ⁊ per multū tempus rara frigiditatē ostendens. At vero nec expirat calidum quod inseparabile est ⁊ hoc infrigidationis cordis. Unde igitur adhuc febriunt: non enim thorax eorum adhuc est calidus. hec galien'.

UVA. BHSC. IyR_028

Secundo dicit q̄ ethica senectutis que est dominiū siccitatis in toto corpore quandoq̄ fit ꝛ coniungitur cū temperamēto caloris ꝛ frigoris ꝛ id est fm minus id est rarius contingens: ꝛ quandoq̄ fit ꝛ coniungitur cū frigiditate: ꝛ hoc sepius accidit quia siccitas magis fit māsiua cū frigiditate q̄ senuit vt ait princeps primi quarta capitulo secūdo. ¶ In tertia dic̄ q̄ hec ethice species ideo vocat senectutis ethica vel ethica senij: quia naturaliter homini cōtingit in etate senij illō quod accidit in hac egritudine de adubul id est arefactiōe ꝛ siccitate ꝛ terrestreitate cutis ꝛ deperditione viui coloris ꝛ viriū omnium debilitate. ¶ In q̄rta dicit q̄ senes sunt paratiores iuuenib⁹ cadere in ethicā hāc que senij dicit: ꝛ iuuenes sunt paratiores pueris vt in eam incidāt. vtriſq̄ tamē pueris scz ꝛ iuuenibus aliquando accidit. Causa primi ē quia senes sunt i via media ad arefactionē ꝛ frigus senij. Causa secūdi est: quia iuuenes sunt ficciores ꝛ proximiores senio pueris. Causa tertij est: quia tā iuuenuz q̄ pueroz humiditates innate ꝛ fluentes possunt resolui vel a febre ardenti vel a longo labore vel a fluxu sanguinis aut a fluxu ventris: vel a nimia abstinentia: ꝛ calor innantus extingui potest aut plurimuz minui. ¶ Instabit aliquis. ethica senij fit vt in pluribus ex febrili ethica: ſz febrilis ethica plus iuuenibus q̄ senibus accidit. Assumptuz est galieni libro de marasmo capło nono dicentis. Frigidus vero marasmus qui senectutis habet dispositionē ex transcidentia fit febriū infrigidatis: sicut non oportet per potiones aque frigide ꝛ per ea quecunq̄ fm hypocondrium inferius remedia infrigidantia. Hoc aūt scz sicut non oportet duplex est. vel immoderatę infrigidatiuis vsis seu vtentibus nobis vel procedenti id est longo vsu in infrigidantiū. Contingit aūt aliquando propter vtraſq̄ causas simul consistere passionem. Item pueri sunt resolubiliores iuuenibus ꝛ etiam senibus propter teneritatem suorum membroz. Cuius rei signū est q̄ nec phlebotomias nec pharmacias nec abstinentias innocie sustinent. Sed humiditatuz resolutio potissima causa est vtriuſq̄ ethice febrilis scz ꝛ senectutis. ¶ Ad primū dic q̄ ethica senij non solū inducitur ab ethica febrili: sed ab alijs causis sine febre aliq̄. vt ab abstinētijs ꝛ fluxu ventris ꝛ a laboribus imoderatis. Dic secundo. q̄ ethica febrilis in senili corpore citius vertitur per imoderatam infrigidationē ad ethicā senij q̄ ethica febrilis in iuuenili radicata corpore. Quia senis calor cū sit claudicās ꝛ debilitatus citius vincitur a forti frigore q̄ calor iuuenis qui est in suo flore ꝛ maiori vigore. Dic tertio q̄ ethica febrilis insita pueroſub eodē gradu quo inſeritur, iuueni tardius vertitur ad ethicā senilē p imoderatā infrigidationē q̄ ethica febrilis insita iuueni consideratione habita ad arefactionē solidoz membroz talē ꝛ tantā quanta est in senio ꝛ ad distantiā a natura senij. Cuius rei signū est q̄ pueri citius ꝛ facilius ab ethica sanantur q̄ iuuenes et senes. Sed consideratione habita ad facilius et citius pati tam a calido q̄ a frigido propter teneritatē suoz membroz ꝛ raritatē citius vertitur ad ethicā senilē per imoderatā infrigidationē. Videmus enim per experientiā pueroz virtutes facile ꝛ cito minui ꝛ vinci tā a forti frigore q̄ a forti calore: ꝛ plus q̄ virtutes consistentiū. Et per hoc soluitur b Et causa faciens ꝛc̄. In hac parte secunda pri (secunda obiectio. mo agit de causis ethice senectutis. Secundo pronosticat eam incurabilem ibi Et hec quidem ¶ In prima particula dat sex causas ethice senectutis. Prima est frigiditas predominans corpori cū debilitate virtū corporis: vt in melancholicis naturalibus multū extenuatis: per quam prohibetur nutritiua virtus integre ꝛ complete perficere suas operationes appositionis inuisationis ꝛ assimilationis propriį alimenti. sicut accidit senibus a senio circa finem vite q̄ arefiunt ꝛ infrigidantur ꝛ nutriri desinunt vnde moriuntur. Secunda est. potus aque frigide non in

Et qñq̄ fit cū equalitate in calore et in frigore: ꝛ illud est fm min⁹. Et qñq̄ fit cuz frigore. ¶ Et nominat hec dispositio senect⁹ ꝛ ethica senij. quoniaz corpi accidit in hora senij illud quod accidit in illa hora de adubul ꝛ siccitate. ¶ Et senes quidē velocioris sunt casus in eā q̄ iuuenes. Et iuuenes velocioris sunt casus in eā q̄ pueri. licet accidat in iuuenib⁹ ꝛ pueris. Et causa[b] faciens cadere in eaz aut est frigus dominans cū debilitate corporis: quare prohibet virtutez nutritiuā ab opatione sua integra sicut accidit itez in fine vite. Et de hoc capło est potus aque frigide non in hora sua: aut super debilitatē corpis cū febre: aut in dispositione: aut i successione exercitij resoluentis virtutē ꝛ aperientis poros ꝛ quod vocat ad attrahendā aquā frigidā ad viscera subito. Aut vapores mali frigidi qui eleuantur ad cor ꝛ infrigidant complexionē eius. Aut caliditas que resoluit ꝛ liquefacit humiditates: quare caliditas innata debilitatur ꝛ succedunt frigus ꝛ siccitas. Et qñq̄ seqūtur euacuationes. Et quandoq̄ attrahit hanc egritudinem superfluitas in infrigidando patiētes febres cum eis que bibuntur ꝛ emplastrantur. ¶ Et hec quidem egritudo quādo confirmatur non curatur. Et si esset ei ingenium esset morti ingeniū.

Signa.[c] In istis videt signa adubul et exiccationis. Et non videtur

hora sua. Ipse nanq̄ est de isto capitulo: id est de ista summa causarum ethice vel dominij frigoris prohibentis nutritionem per extinctionem innati caloris. Et pro declaratōne huius quod dicit. Non in hora sua tangit casus quattuor potus aque frigide non in hora sua. Primus est quando fit super debilitatez corporis cuz febre vt i cholericis tertianarijs vehementer rarisꝛ extenuatis. Secundus ē. cum fit potus aque frigide i dispositōne id est aptitudine seu preparatione vehementi corporis ad ethicaz senij vt in melancholicis extenuatis Tertius est. cū fit in successione fortis exercitij resoluentis virtutem ꝛ aperientis poros scilicet durante tali exercitio vt cito p ipsum. Nam tunc aque frigus citissime penetrat ad intima membroz rarificatoz deficiens vires ꝛ calorem innatū. Quartus est cum fit successione eius quod vocat seu mouet ꝛ incitat naturā ad attrahendum subito ad viscera aquam frigidam vt successione balnei ꝛ stupharum vehementis caliditatis: que sitire facit ꝛ appetere multum potuz aque frigide. Tertia causa est vapores mali frigidi qui eleuantur ad cor a cibis potibus aut medicinis aut venenis frigidis: aut ab aere vehementis frigoris ꝛ grossiciei qualis in cauernis ꝛ subterraneis locis inuenitur. Et isti vapores paulatim infrigidant complexionem cordis ꝛ mortificant ipsius calorem: ꝛ ex consequenti calorem innatuz totius corporis. Quarta causa ē caliditas nimia solis aut aeris aut exercitij aut rei alterius calefacientis que corporis humores ꝛ humiditates primo liquefacit: postea resoluit ꝛ simul resoluit innatū calorem debilitans ipm: quare succedunt his siccitas ꝛ frigus. Quinta est euacuationes tā occulte per resolutionē insensibilē vt in processu etatū ꝛ i abstinētijs imoderat q̄ manifeste sic flux⁹ sanguis aut flux⁹ vētris aut sudores primi. Per has ei euacuatiōes depereunt humiditates vtiles membroz vnde corpus arefit ꝛ calor innatus vna cū spiritibus ab his resoluitur: ꝛ succedit frigus in toto corpore. Sexta est imoderata febricitantiū iā deficcatoz ꝛ extenuatorū refrigeratio cū his que bibuntur vel comeduntur vel extra adhibentur vt sunt epithymata supra cor ꝛ epar vel embroce vel fomentationes vel emplastra vel inunctiones multe frigiditatis. ¶ In secunda dicit primo q̄ ethica senij quando confirmata est incurabilis est. Quia virtus in hac digestiua deficit et nutritiua: sine quibus macies ꝛ ariditas corporis rectificationē recipere nō possunt. Juxta id galieni libro de marasmo capło. 8. Senij marasmum impossibile est vtiq̄ soluere: adiuuare vero vt ad plurimū extendatur possibile est. Secundo dicit q̄ si esset ingeniū aliquod curatiuum ethice senectutis esset morti ingeniuz per quod ipsa scz euitari posset. Quia si corpus iam terrestre factum deperdito humido radicali ipsius ꝛ innato calore resurgere posset ingenio aliquo et reuiuiscere qua ratione id semel fieri posset eadem bis ꝛ ter ꝛ sic consequenter.

c Signa in istis ꝛc̄. In hac parte tertia dat quinq̄ signa ethice senectutis. Primū signum est q̄ in habentibus hanc speciem ethice multa signa adubul ꝛ exiccationis manifeste apparent vt oculi concauiꝰ nasus acutus: tempora plana: ossa eminentia: fediꝰ tas coloris seu destructio splendoris ipsius: debilitas viriū: parꝰ uitas pulsus: extrema macies. In his etiā signis senectutis ethica cū adubul conuenit seu tertia specie febrilis ethice. Secundū est. q̄ in habentibus senectutis ethicā nō apparet incensio calo-

UVA. BHSC. IyR_028

ris neq naturalis neq febrilis nec inflāmatio post comestiones vel alijs horis: imo forte ad tactū ipi inueniunt actu frigidi. Signanter hic dicit pnceps fortasse: qz oīnium frigoris nō est de rōne ethice senectutis sicut oīnium arefactiōis z siccitatis. imo fieri pōt cum temperamēto caloris z frigoris. Et per istud signum differt a febri-

